S Ol appellat⁹ ē: eo q̄ solus appareat: obscuratis fulgore suo cunctis siderib⁹. Luna dicta q̄si lucina: ablata media syllaba: de qua Uirgilius. Casta faue lucina. Sūpsit autē nomē per deriuationē a solis luce: eo q̄ ab eo lumē accipiat. acceptūq̄ reddat. Stellę dictę a stando. qꝛ fixę stant semp i cęlo nec cadūt. Nā q̄ videm⁹ e cęlo stellas q̄si labi. nō sunt stellę. sed igniculi ab ęthere lapsi. q fiūt dū ventus altiora petēs. ęthereū ignē secū trahit q tractu suo imitatur stellas cadentes. Nā stellę cadere nō possunt: Immobiles eni vt pdictū est sunt. ꝛ cū cęlo fixę ferūꝭ. Sidera dicta q̄ ea nauigantes ꝯsiderādo iter dirigunt ad cursus ꝯsiliū. ne fallacibus vndis aut vētis alibi deducāꝭ. Quędā autē stellę iccirco signa dicunꝭ. qꝛ eas nautę obseruāt i gubernandis remigijs. cōtēplantes acieȝ fulgorēq̄ eoꝝ. qb⁹ rebus status cęli futurus ostēdiꝭ. Sȝ ꝛ oēs hoies ea intēdūt ad puidēdas aeris qualitates. p ęstatē ꝛ hyemē vernalēq̄ tēperiē. Ortu.n. vꝭ occasu suo. certis statiōib⁹ tēpoꝝ q̄litates significāt. Signoruȝ pm⁹ arcton q i axe fix⁹. 7. stellis i se reuolutis rotaꝭ. nomē ē grecū qō latine vrsa diciꝭ q̄ qꝛ i modū plaustri vertiꝭ. nr̄i eā septētrionē dixerūt. Triones. n. sunt pprie boues arationi dicti eo q̄ terrā terant: q̄si teriones. Septētriones autē nō occidere: axis vicinitas facit: qꝛ i eo fixę sunt. Arctophylax dr̄: qō arctō. i. elicen vrsaȝ seqꝭ. Eūdēq̄ booten dixerūt: eo q̄ plaustro hęret: signū multis spectabile stellis: inter q̄s ꝛ arctur⁹ ē. Arctur⁹ sidus ē post caudā maioris vrsę: positū in signo bootis. vñ ꝛ arctur⁹ dict⁹ ē q̄si αρκτου ουρα quia bootis pcordijs collocat⁹ ē. Oriꝭ autē autūnali tp̄e. Orion astꝝ ante tauri vestigia fulget: ꝛ dictus orion ab vrina. i. ab inundatiōe aquaꝝ. Tp̄e.n. hyemis obortus mare ꝛ terras aquis ꝛ tēpestatib⁹ turbat. Hūc latini iugulā vocant eo q̄ sit armat⁹ vt gladius: ꝛ stellaꝝ luce terribilꝭ atq̄ clarissimus. In quo si hec fulgēt oia serenitas portendiꝭ: si obscuraꝭ h⁹ acies tēpestas cerniꝭ iminere. Hyades dicte απο του υειν. i. a suco ꝛ pluuijs. Naȝ pluuie grece υετοι dñr. Ortu qppe suo efficiunt pluuias. vñ ꝛ eas latini succulas appellauerunt: qꝛ qñ nascūꝭ pluuiaꝝ signa mōstranꝭ: de qb⁹ Uirgili⁹. Arcturuȝ pluuiasq̄ hyadas: sūt aūt in frōte tauri. 7. ꝛ oriūꝭ tp̄e vernali. Pleiades a pluralitate dictę qꝛ pluralitatē greci πλειοτητα appellāt. Sūt āt stellę septē āte genua tauri: ex qb⁹. 6. videꝭ. Nā latet vna. Has latini vergilias dicūt: a tp̄is significatōe. q̄ vere exoriūꝭ. Nā occasu suo hyemē: ortu ęstatē p̄meq̄ nauigatōis tp̄s ōndunt. Canicula stella q̄ ꝛ syrius dr̄: ęstiuis mēsibus i medio cētro cęli ē: ꝛ dū sol ad eā ascēderit: ꝯiūcta cū sole duplicaꝭ calor ipsi⁹ ꝛ dissoluūꝭ corpa ꝛ vaporāꝭ: vñ ꝛ ex ipsa stella dies caniculares dñr: qñ ꝛ molestę sunt purgatiōes. Canis āt vocaꝭ ppterea q̄ corpa morbo afficiat: siue pp flāma candorē eo q̄ eiusmōi sit: vt pcęteris lucere videaꝭ. Itaq̄ quo magis eā cognoscerēt: syriō appellasse. Cōmetes stella dicta ē eo q̄ cōmas luminis ex se fūdat. Qō gen⁹ sideris qñ apparuerit: aut pestilētiaȝ: aut famē: aut bella significat. Cōmetes āt latine crinitę appellāꝭ: qꝛ i modū criniū flāmas spargūt: q̄s stoyci dicūt eē vltra.30. q̄ꝝ noia ꝛ effect⁹ qdā astrologi scripserunt. Lucifer dict⁹ eo q̄ iter oia sidera plꝰ lucē ferat. Est āt vn⁹ ex planetis. Hic pprie ꝛ iubar dr̄: eo q̄ iubas lucis ex se fundat: sȝ ꝛ splēdor solꝭ ac lunę ꝛ stellaꝝ iubar vocaꝭ: q̄ in modū iubę radij ipsoꝝ extēdāꝭ. Uesper⁹ ē stella occidētalꝭ: quā cognominatā phibēt a vespo hispāię rege. Est āt ꝛ ipsa ex. 5. stellis planetꝭ: noctē ducēs ꝛ solē sequēs. Ferꝭ āt q̄ hęc stella oriēs luciferꝝ: occidēs vespeꝝ. De q̄ stati⁹. ꝛ alterno deprēdiꝭ vn⁹ i ortu. Planetę stellę sūt q̄ nō sūt fixę i cęlo vt reliq̄: sȝ i aere ferūꝭ. Dictę āt plāetę απο της πλανης. i. ab errore. Nā iterdū i austꝝ: iterdū i septētrionē: plęrūq̄ ꝯ mūdū: nōnūq̄ cū mūdo ferūꝭ: q̄rū noia gręca sūt. Phęton phęnōca: pyrō: hesper⁹: stylbō. Has romāi noīb⁹ deoꝝ suoꝝ. i. iouis: saturni: martis: veneris atq̄ mercurij sacrauerūt. Decepti.n. ꝛ decipe volētes: i eoꝝ adulationē: q sibi aliqd s̄m amoreȝ ꝯstituissent: sidera oñdebāt i cęlo: dicētes q̄ iouis eēt illud sidus ꝛ illud mercurij: ꝛ ꝯcepta ē opio vanitatis. Hāc opionē erroris: diabolus ꝯfirmauit: xp̄s euertit. Iā vō illa q̄ ab ipsis gētilib⁹ signa diciꝭ: i qb⁹ ꝛ aiantiū imago de stellꝭ formaꝭ: vt arcton: aries: taur⁹: libra ꝛ hōi alia: hi q sidera puiderūt: i numeꝝ stellaꝝ speciē corpis supstitiosa vanitate pmoti finxerūt: ex causis qbusdā deoꝝ suoꝝ a imagines ꝛ noia conformātes. Nā arietē pmū signū: cui vt librę mediā mundi lineā tradunt pp ammonē. i. iouē vocauerūt: qꝛ i eius capite q simulacra faciunt: arietis cornua fingunt. Quod signū gentiles ideo inter signa primū constituerunt: qꝛ in mense martio: qui ē anni pncipiū solē in eo signo cursuȝ suū pagere dicūt. Sȝ ꝛ tauꝝ inter sidera collocāt: ꝛ ipȝ in honorē iouis: eo q̄ in bouē sit fabulose ꝯuersus: qñ europā trāsuexit. Castorē quoq̄ ꝛ pollucē: post mortē inter notissima sidera ꝯstituerūt: qō signū gemini dicūt. Cancrum quoq̄ ide dixerūt eo q̄ cū ad id signū mēse iunio sol venerit: retrogradiꝭ i modū cancri breuioresq̄ dies facit. Hoc.n. aial incertam hȝ pmā partē. Deniq̄ ad vtrāq̄ partē gressuȝ dirigit: ita vt prior pars sit posterior ꝛ posterior prior. Leonē in gręcia igētē hercules occidit: ꝛ pp virtutē suaȝ hunc inter. 12. signa ꝯstituit. Hoc signū sol cū attigerit: nimiū calorē mūdo reddit: ꝛ ānuus flatus etesias facit. Uirginis etiā signū iccirco inter astra collocauerunt: ppter q̄ hisdē dieb⁹ in qbus per illud sol decurrit: terra exusta solꝭ ardore nihil pariat. Est.n. hoc tēpus caniculariū dieꝝ. Libram aūt vocauerūt ab ęqlitate mensis ipsius: qꝛ. 8. kalꝭ octobris sol p illud signū currēs: ęquinoctiuȝ facit: vñ Lucan⁹. Ad iustę pondera librę. Scorpiū quoq̄ ꝛ sagittariū: ppter fulgura mensis ipsi⁹ appellauerūt. Sagittarius vir eqnus cruribus deformatus: cui sagittaȝ ꝛ arcū adiungunt: vt ex eo mēsis ipsius fulmia demōstrenꝭ. Uñ ꝛ sagittari⁹ ē vocatus. Capricorni figuraȝ iō inter sidera finxerunt ppter caprā iouis nutricē: cui⁹ posteriorē partē corpis in effigiē piscis iō finxerūt: vt pluuias eiusdem mensis designarent: quas solet idē mēsis plerūq̄ in extremis habere. Porro aquariū ꝛ pisces: ab ibribus tēpoꝝ vocauerunt: q̄ hyeme qñ in his signis sol vertiꝭ: maiores pluuię pfundūꝭ. Et miranda demētia gentiliū: q nō solum pisces: sȝ etiaȝ arietes ꝛ hyrcos ꝛ tauros: vrsas ꝛ canes: cancros ꝛ scorpiones in cęlū transtulerūt. Nam ꝛ aquilam ꝛ cygnū pp iouis fabulas inter cęli astra ei⁹ memorię causa collocauerūt. Perseū quoq̄ ꝛ vxorē ei⁹ ādromedā postea q̄ȝ sunt mortui in cęlū receptos esse crediderunt: ita vt imagines eoꝝ stellꝭ designarēt: eorūq̄ appellare noibus no erubescerent. Aurigaȝ etiam erichthoniū in cęli astra collocauerunt: ppter q̄ vidissent eum pmū quadrigā iūxisse. Mirati sunt enī ingeniū eius ad imitationē solis accessisse: ꝛ pp hoc nomē eius post mortē inter sidera posuerunt. Sic calisto lycaonis regis filia dū ab ioue compressa: ꝛ fabulose ab iunone in vrsę fuisset speciē conuersa: quę gręce arcton appellaꝭ: post interfectionē ipsius nomē eius iouis cum filio in stellꝭ septētrionalibus transtulit: eāq̄ arcton: filiū auteȝ eius arctophylax appellauit. Sicq̄ lyra p mercurio in cęlū locata: sic centaurus chiron pp q̄ nutrierat esculapium ꝛ achillē inter astra dinumeratus ē: sȝ quolibȝ mō superstitiōes hę ab hoib⁹ nuncupenꝭ: sunt tñ sidera q̄ deus i mundi pncipio cōdidit ac certo motu distinguere tēpora ordinauit. Hoꝝ igiꝭ signoꝝ obseruatiōes vꝭ geneses vꝭ cetera superstitiosa que se ad cognitionē fideꝝ coniungūt. i. ad noticiam fatoꝝ ꝛ fidei nostre sine dubitatiōe cōtraria sunt: sic ignorari debent a christianis: vt nec scripta esse videantur. Sȝ nonnulli sideꝝ pulchritudine ꝛ claritate pellecti: in lapsu stellarum cecatis mentibus corruerūt: ita vt per supputationes noxias quę mathesis diciꝭ: euentus reꝝ pręscire posse conentur: quos non solum christiane religionis doctores: sȝ etiam gentiliū plato aristotees atq̄ alij veritate cōmoti: concordi sententia damnauerunt: dicentes confusionem rerum potius de tali suasione generari. Nam sicut genus humanum ad varios actus nascēdi necessitate premeretur: cur aut laudem mereantur boni: aut mali legum percipiant vltionem. Et quāuis ipsi non fuerint celesti sapientię dediti: vitatis testimōio errores eoꝝ merito pculerunt. Ordo aūt iste septem seculariū disciplinaꝝ: ideo a philosophis vsq̄ ad astra perductus est: scilicet vt animos seculari sapientia implicatos a terrenis rebus abduceret: ꝛ in superna contemplatione collocaret.

¶ Incipit liber quartus.

¶ De medicina. Ca. I.

MEdicina est que corporis vel tueť vel restaurat salutem. Cuius materia versatur in morbis ⁊ vulneribꝰ. Ad hanc itaqꝫ pertinēt nō ea tm̄ que ars eoꝝ exhibꝫ qui proprie medici nominātur. sꝫ etiaꝫ cibꝰ ⁊ potꝰ regimē ⁊ tegmē: defēsio deniqꝫ oīs atqꝫ munitio qua sanuꝫ nostꝝ corpꝰ aduersus externos ictus casusqꝫ seruať.

¶ De nomine eius. Cap. II.

NOmen aūt medicine a modo id est temperamēto impositū existimať: vt nō satis: sꝫ paulatim adbibeať. Nam in multo contristať natura. mediocri autem gaudet: vn̄ ⁊ q pigmēta ⁊ antidota satis vł assidue biberint vexantur. Immoderatō enim omnis salutē sꝫ periculū affert.

¶ De inuentoribus eius. Cap. III.

MEdicine aūt artis auctor ac repertor apō grecos phibeť apollo. Hāc filiꝰ eiꝰ esculapius laude ⁊ ope ampliauit. sed postqꝫ fulminis ictu esculapiꝰ interijt. interdicta ferť medēdi cura: ⁊ ars simł cū auctore defecit. latuitqꝫ p annos pene qngētos vsqꝫ ad tps artaxerxis regis psaꝝ. Tūc eā reuocauit ad lucem hippocrates. asclepio patre genitus in insula coo.

¶ De tribus heresibꝰ medicoꝝ. Cap. IIII.

HIitaqꝫ tres viri totidē hereses inuenerunt. Pria metodica inuēta ē ab apolline. q̄ remedia sectať ⁊ carmina. Secunda empirica. i. experiētissima: inuēta ē ab esculapio: q̄ non indicioꝝ signis: sꝫ solis cōstat expimētis. Tertia logica. i. rōnalis inuenta ab hippocrate. Iste. n. discussis etatū regionū vel egritudinū q̄litatibꝰ: artis curā rōnabiliter pscrutatꝰ ē. Empirici. n. experientiaꝫ solaꝫ sectanť: logici expientie rōnē adiūgunt. Metodici nec elementoꝝ rōnē obseruant: nec tpa: nec etates: nec causas: sꝫ solas morboꝝ substantias.

¶ De quattuor humoribus corpoꝝ. Cap. V.

SAnitas ē itegritas corpis: ⁊ tēperātia nature ex calido ⁊ humido: quod ē sanguis vn̄ ⁊ sanitas dicta ē q̄si sanguinis statꝰ. Morbi gnāli vocabulo oēs passiōes corpis cōtinenť: ꝙ ide veteres morbū noīauerūt: vt ipsa appellatione mortis vim q̄ ex eo nasciť demonstrēt. Inter sanitatē āt ⁊ morbū media ē curatio: q̄ nisi morbo cōgruat nō pducit ad sanitatē. Morbi oēs ex quattuor nascūť humoribꝰ. i. ex sangnie ⁊ felle: melancolia ⁊ flegmate. Ex ipis. n. regūť sani: ex ipsis ledūť ifirmi. Dū. n. ampliꝰ ex cursuꝫ nāe creuerit: egritudies faciūt. Sic āt q̄ttuō sūt elťa: sic ⁊ q̄ttuō hūores ⁊ vnusqsqꝫ hūor suū elemētū imitať: sanguis aerē: colera ignē: melācolia terrā: flegma aquā. Et sūt q̄ttuor hūores sicť q̄ttuor elemēta: q̄ cōseruant corpa nr̄a. Sāgis ex greca etymologia vocabulū sūpsit ꝙ vegetetur ⁊ sustēteť ⁊ viuat. Coleraꝫ greci vocauerūt: ꝙ vniꝰ diei spacio terśeť: vn̄ ⁊ colera. i. fellicula noīata ē: hoc ē fełł effusio. Greci. n. fel colē dicūt. Melācolia dcā: eo ꝙ sit ex nigri sangis fece admixta abūdātia fełł. Greci. n. melan nigꝝ vocāt: fel āt colē appellāt. Sāguis latie vocatus ꝙ suauis sit: vn̄ ⁊ hoīes qbꝰ dn̄ať sanguis dulces ⁊ blādi sūt. Flegma āt dixerūt ꝙ sit frigida: greci. n. frigus flegmonē appellāt. Ex his q̄ttuor hūoribꝰ regūť sani: ex ipsis ledūť ifirmi. Dū. n. ampliꝰ ex cursuꝫ nāe creuerit: egritudies faciūt. Ex sanguine aūt ⁊ felle acute passiōes nascūť: q̄s greci oxias vocant. Ex flegmate vō ⁊ melācolia veteres cāe pcedunt q̄s greci cronia dicūt.

¶ De acutis morbis Cap. VI.

OXia ē acutus morbꝰ q aut cito trāsit aut celeriꝰ iterficit: vt pleuresis phrenesis. Oxi. n. acutū apō grecos ⁊ velocē significat. Chrōia ē plixꝰ corpis morbꝰ: q mltis tpibꝰ remorať vt podagra phthisis. Chronō. n. apud grecos tps dr̄. Quedā āt passiōes ex pprijs cāis nomē acceperunt. Febris a feruore dcā ē: ē. n. abūdātia caloris. Phrenesis appellata siue ab ipedimēto mētis: qꝛ greci mētē frenas vocāt: seu qꝛ dētibus frēdēt. Nā frēdere ē dētes cōcutere. Est āt pturbatio cū exagitatōe ⁊ dementia ex colerica vi effecta. Cardia vocabulū a corde sūpsit dū ex aliq̄ timore aut dolore afficiť. Cor. n. greci cardian vocāt. Est. n. cordis passio cū formidabili metu. Litargia a sōno vocata: ē. n. oppssio cerebri cū obliuiōe ⁊ sōno iugi veluti stertētis. Synācis a cōtinētia spūs ⁊ pfocatione dicta. Greci. n. synechī cōtiere dicūt. Qui. n. h vitio laborāt: dolore fauciū pfocať. Flegmō ē feruor stomachi cū extēsiōe atqꝫ dolore. Flegmō ē igetudo cū rubore ⁊ dolore ⁊ extēsiōe ⁊ duritia ⁊ vastitate. Que cū cepit fieri: igetudo ⁊ febrł cōseqť. Vn̄ ⁊ dicta ē flegmō apo tu phlegō. i. iflāmās: sic. n. sentiť: ⁊ ide nomē accepit. Pleuresis est dolor lateris acutꝰ cū febre ⁊ sputo sanguiolēto. Latꝰ. n. grece pleura dr̄. Vn̄ ⁊ pleuretica passio nomē accepit. Peripleumōia ē pulmōis vitiū cū dolore vehemēti ⁊ suspirio. Greci. n. pulmonē pleumō vocant: vn̄ ⁊ egritudo dcā ē. Apoplexia ē subita effusio sangis: q̄ suffocati itereūt. Dcā āt apoplexia ꝙ ex letali pcussu repētinꝰ casus fiat. Greci. n. pcussionē apoplexin vocāt. Spasmꝰ grece latie cōtrio subita ptiū aut neruoꝝ cū dolore nimio. Quā passionē a corde noiatā dixerūt: qꝛ in h pncipatū vigoris hꝫ. Fit āt duobꝰ mōis: aut ex repletōe aut ex ianitōe. Titanus maior ē cōtrio neruoꝝ a ceruice ad dorsuꝫ. Telū lateris dolor ē. Dcm̄ aūt ita a medicis: ꝙ dolore corpꝰ trāsuerberꝫ q̄si gladiꝰ. Ileos dolō itestinoꝝ: vn̄ ⁊ ilia dcā sūt. Grece. n. ειλειν obuoluere dr̄: ꝙ se itestina p dolore īnoluāt. Hi ⁊ torminosi dn̄r: ob itestinoꝝ tormēta. Hydrophoba. i. aq̄ metꝰ. Greci. n. hydor aquā vocant: phobō timorē dicūt: vn̄ ⁊ latini hūc morbū ob aq̄ metū lymphaticū vocāt. Fit āt aut ex canis rabidi morsu: aut ex aeris spuma in terrā piecta: quā si hō vł bestia tetigerit: aut demētia repletur: aut i rabiē vtiť. Carbūculus dictꝰ ꝙ i ortu suo rubēs sit vt ignis: postea niger vt carbo extictꝰ. Pestilētia ē cōtagiuꝫ qō dū vnū apphēderit: celeriter ad plēs trāsit. Gigniť āt ex cōrupto aere ⁊ i viscerībꝰ penetrādo initiť. Hoc ⁊ si plerūqꝫ p aereas ptātes fiat: tn̄ sine arbitrio oipotentis dei oino nō fit. Dicta āt pestilētia: q̄si pastulētia ꝙ veluti incēdiū depascat ⁊ toto descēdit cōpe pestis. Idē ⁊ cōtagiū a cōtingēdo: q quē tetigerit polluit. Ipa ⁊ iguinaria ab iguinū pcussōe. Eadē ⁊ lues: a labe ⁊ luctu vocata: q̄ tanto acuta ē vt nō heat spaciū tpis q̄ aut vita speť aut mors: sꝫ repētinꝰ languor sil cū morte vēit.

¶ De chronicis morb. Cap. VII.

CHronia ē plixus morbus q multis tpibꝰ remorať: vt podagra phthisis. Chronos. n. apō grecos tps dr̄. Cephalea ex causa vocabulū hꝫ: capit l. n. passio est: ⁊ greci caput cephalin vocāt. Scothomia ab accidēti nomē sūpsit ꝙ repentinas tenebras ingerit oculis cū vertigine capitis. Vertigo aūt ē quotiensciūqꝫ ventus cōsurgit ⁊ terraꝫ in circuitū mittit: sic ⁊ i vertice hoīs: arterie ⁊ vene ventositatē ex resoluta humectatōe gignūt: ⁊ i oculis gyꝝ faciūt. Unde ⁊ vertigo nūcupata ē. Epilepsia vocabulū sūpsit ꝙ mētē apprehēdēs: pariter ēt corpus possideat. Greci. n. apphēsionē epilepsin vocant. Fit āt ex melancholico hūore quotiēs exuberauerit ⁊ ad cerebꝝ cōuersus fuerit. Hec passio ⁊ caduca vocať: eo ꝙ cadēs eger spasmū patiať. Hos ēt vulgꝰ lūaticos vocať ꝙ per lune cursuꝫ comiteť eos isania demonū. Idē ⁊ laruatio. Ipse ē ⁊ morbꝰ comitialis. i. maior ⁊ diutinꝰ quo caduci tenenť. Cuiꝰ tāta vis ē: vt hō valēs cōcidat spumetqꝫ. Comitialis aūt dictꝰ ꝙ apō gētiles cū comitioꝝ die cuiqꝫ accidisset: comitia dimittebanť. Erat aūt apud romanos comitioruꝫ dies solēnis in kał. ianuarijs. Mania ab insania vel furore vocata. Nā grecoꝝ vetustas: furorē manian appellabat: siue ab inigtate: quā greci manian vocauerūt. siue a diuinatiōe: qꝛ diuinare grece manin dr̄. Melancholia dicta est a nigro felle. Greci eni nigrū melan vocāt: fel aūt colen appellāt. Epilepsia autē i phātasia fit: melācolia i rōne: mania in memoria. Typi sūt frigide febres q̄ abusiue typi appellabanť ab herba q̄ i aqua nasciť: que latine forma atqꝫ statꝰ dr̄. Est. n. accessionū vel recessionū reuolutio p statuta tpoꝝ iternalla. Reuma grece: latine eruptio siue fluor appellať. Catarrus ē fluor reume iugis ex naribꝰ: q duꝫ ad fauces venerit brāchos vocať: dum ad thoracē vel pulmoneꝫ phthisis dr̄. Choriza ē quotiēs ifusio capitis i ossa venerit nariū: ⁊ pfocationē fecerit cū sternutatiōe. vn̄ ⁊ choriza nomē accepit. Brāchos ē pfocatio fauciū cum frigido humore. Greci eni guttur brāchos dicūt: circa quē fauces sūt: quas nos corrupte brāchias dicimꝰ. Raucedo amputatio vocis ē: Hec ⁊ artheriasis vocatur. eo ꝙ vocē raucā ⁊ clausam reddat ab arteriarū iniuria. Suspiriū nomē sumpsit: ꝙ inspiratiōis difficultas ē: quā greci dyspnian dicūt. i. suffocationeꝫ. Peripleumonia a pulmone nomē accepit. Est pulmonis tumor cū spumarū sanguinearū effusione. Emoptois emissio sanguinis p os: vn̄ ⁊ nomē accepit: hema eniꝫ sanguis dr̄. Phthisis ē vlceratio ⁊ tumor in pulmōibꝰ q in iuuenibꝰ faciliꝰ euenire solet. Phthisis autē apud grecos dicta ꝙ sit totiꝰ corpis cōsūptio. Tussis grece ab altitudine vocať ꝙ a pfundo pectoris veniat. Cuiꝰ cōtria est supior in faucibꝰ vbi vua distillat. Apostema a collectione nomē accepit. Nā collectiōes greci apostemas vocāt. Empis dicta ab apostemathe itrinsecus vel in latere vł in stomacho cū dolore ⁊ febribꝰ ⁊ tussi: ⁊ abundātibus spumis ⁊ purulētis. Epaticus morbꝰ a iecoris passione nomē accepit. Greci eni iecur ηπαρ vocant. Lienosis ab splene vocabuluꝫ sūpsit. Greci. n. splen lien dicūt. Hydropisis nomē sūpsit ab aquoso humore cutis. Nā greci hydor aquā vocauerūt. Est eniꝫ hūor subcutaneꝰ: cū iflatiōe turgēte. ⁊ anhelitu fetido. Nephresis a renū lāguore nomē accepit: renes. n. greci nephrasin dicūt. Paralysis dicta a corporis ipēsatiōe: facta ex młta ifrigidatiōe: aut in toto corpe: aut i parte. Cachexia nomē sumpsit a corpis iniuria. Cachexiā eni malā vexationē greci vocauerūt. Fit autē hec passio ex itēperātia egrotātis: vel curatiōe mala medicaminis: aut post egritudinē tarda resumptio. Atrophia nomē accepit a diminutiōe corpis. Nā greci nutrimēti cessationē atrophian dicūt. Est. n. tenuitas corporis ex causis latētibꝰ ⁊ paulatiꝫ cōualescētibꝰ. Sarcisin est supfluū carnis icremētū: quo vltra modū corpora saginanť. Greci eni carnē sarca vocāt. Ischiasis vocata a parte corpis quā vexat. Nā vtebroꝝ ossa: quoꝝ sūmitas ilioꝝ initio terminať: greci ischia vocāt. Fit aūt de flegmate q̄tims descenderit in recta ossa ⁊ efficit ibi glutinatio. Podagrā greci a retētiōe pedū dicūt noiatā ⁊ a ferali dolore. Siquidē oē qō imite fuerit: abusiue agreste vocanꝰ. Artericꝰ morbꝰ ab articuloꝝ passione vocabulū sumpsit. Calculus: lapis est q i vesica fit. vn̄ ⁊ nomē accepit. Gigniť aūt ex mā flegmatica. Strāguria dicta ē eo ꝙ stringat vrinaruꝫ difficultateꝫ. Satyriasis. iuge desideriū veneris cū extēsione saliū locoꝝ: dicta passio a satyris. Diarria iugis vētris cursus sine vomitu. Dysenteria ē diuisio cōtinuatōis. i. vlceratio intestini. Dys. n. diuisio ē: entera itestina. Fit āt añcedēte fluore: quē greci diarriā vocāt. Lyenteria dicta ꝙ cibūmqꝫ per lineā itestini nullis obstātibus faciat plabi. Colica passio nomē sumpsit ab itestino: qō greci colon appellāt. Ragadie dicunť eo ꝙ fissure sint rugis collecte circa orificiū. Hec ⁊ hemorroide: a sanguinis fluore dicte. Greci eniꝫ sanguinem hema dicunt.

¶ De morbis q̄ i supficie cutis videnť. Cap. VIII.

ALopecia est capilloꝝ fluor circūscriptis pilis fuluis aeris qualitatē habentibus: vocata hoc noie a silitudie aīalis vulpecule: quā greci alopeciā vocāt. Parotide sūt duritie vel collectiōes que ex febribꝰ aut ex aliquo alio nascunť in auriū vicinitate: vn̄ ⁊ parotide sunt appellate. Ota eni grece auricule dicunť. Lētigo est vestigia macularū paruula in rotūditatē formata: a specie lēticule dicta. Hierisipra est quā latini sacrū ignē appellāt. i. execrādū: per antifrasiꝫ. Si qdē in supficie: rubore flāmeo cutes rubescūt. Tūc moto rubore q̄si ab igne vicina inuadunť loca: ita vt etiaꝫ febris excitetur. Serpedo: est rubor cutis cū pustularū extātia: ⁊ nomē sūpsit a serpēdo: eo ꝙ serpat p mēbra. Impetigo ē sicca scabies pminēs a corpe: cū aspitate ⁊ rotunditate forme. Hanc vulgus sarnā appellat. Prurigo vocata a prurēdo ⁊ ardēdo. Myctalmus: ē passio qua p diē visus patētibus oculis denegať: ⁊ nocturnis irruētibus tenebris reddiť. aut versa vice vt plerūqꝫ volūt: die reddiť: nocte negať. Verruce aliud sunt: phthiriasis aliud verruce sigillatiꝫ sunt: phthiriasis vero vna fortior: ⁊ circa ipsaꝫ plures iueniunť. Scabies ⁊ lepra vtraqꝫ passio est aspitas cutis cū pruritu ⁊ squamatione: sꝫ scabies tenuis aspitas ⁊ squamatio ē. Hic denique nomē accepit: que ita veluti purgamēta amittat. Naꝫ scabies q̄si squamies. Lepra vero cutis aspitas squamosa lepide herbe silis: vn̄ ⁊ nomē sūpsit. Cuius color nūc in nigredinē vertiť: nūc in alborē: nūc in ruborē. In corpore hominis ita lepra dinosciť: si variatim iter sanas cutis partes color diuersus appareat: aut si ita se vbiqꝫ diffundat: vt oīa vniꝰ coloris q̄uis adulteri faciat. Elephātiacus morbꝰ dr̄ ex silitudine elephātis: cuius nāliter dura pellis ⁊ aspa: nomen morbo in hoībꝰ dedit: qꝛ corpis supficiē similēꝫ facit elephātoꝝ cuti: siue qꝛ ingēs passio est: sicť aīal ipsuꝫ ex quo deriuatū ducit nomē. Icteris greci appellāt a cuiusdā aīał noie: ꝙ sit coloris fellei. Hūc morbū latini arcuatū dicunt a similitudine celestis arcus. Auriginē vero Varro appellari ait a colore auri. Regiū aūt morbū ide estimāt dictuꝫ ꝙ vino bono ⁊ regalibꝰ cibis faciliꝰ cureť. Cancer a silitudine maritimi aīalis vocatū vulnus sicut medici dicunt nullis medicamētis sanabile. Ergo precidi solet a corpe membruꝫ vbi nasciť: vt aliquantū viuat: tn̄ ide mortē quālibet tardius affuturā. Hordeolus est paruissima ac purulenta collectio in pilis palpebrarū constituta: in medio lata ⁊ ex vtroqꝫ cōducta hordei granuꝫ similās: vn̄ ⁊ nomē accepit. Furunculus ē tumor in acutuꝫ surgēs dictus ꝙ ferueat: q̄si feruūculus: vn̄ ⁊ grece antrax dr̄ ꝙ sit igneus. Oscedo ē qua infantuꝫ ora exulceranť: dicta ex lāguore oscitantiuꝫ. Frenusculi vlcera circa rictū oris: silia his q̄ fiunt iumētis aspitate frenoꝝ. Vlcus putredo ipsa: vulnus qō ferro fit: q̄si vi ⁊ vlcus: qō dolet q̄si vlcus: vn̄ ⁊ vlcera. Pustula est in supficie corpis turgēs veluti collectio. Papula est paruissima cutis erectio circūscripta cū rubore: ⁊ ideo papula dicta q̄si pupula. Sanies dicta: qꝛ ex sanguie nasciť. excitato. n. calore vulneris sanguis in saniē vertiť. Nā sanies nō fit in quocūqꝫ loco: nisi vbi sanguis aduenerit: qꝛ oē qō putrescit nisi calidū ⁊ humidū fuerit: qō est sanguis: putrefieri nō potest. Sanies autē ⁊ tabes sibi differunt. Fluere enim sanie viuorum est: tabe vero mortuorum. Cicatrix est obductio vulneris: naturalē colorē partibus seruans: dicta ꝙ obducat vulnera atqꝫ obcecat.

¶ De remedijs ⁊ medicaminibus. Cap. IX.

Medicinę curatio nō est spernāda. Meminimus.n. ⁊ Esaiā Ezechię languēti aliqd medicinale mādasse. ⁊ Paulus apostolus Timotheo modicum vinū pdesse dixit. Curatio autē morboꝝ tribus generibus constat. Pharmacia quā latini medicamina vocāt: chirurgia quā latini manuū operationem appellāt. manus.n. apud grecos chir vocat̃: dięta quā latini regulā nuncupant: est enī obseruatio legis ⁊ vitę. Sunt autē oīs curatiōis species tres. Primū genus dieticū: secūdū pharmaceuticū. tertiū chirurgicū. Dieta est obseruatio legis ac vitę. Pharmacia est medicamētorum curatio. Chirurgia est ferramētoꝝ incisio. Nā ferro excidunt̃ que medicamētoꝝ nō senserint medicinā. Antiquior autē medicina herbis tm̄ ⁊ succis erat. Talis enī medēdi vsus cępit: deinde ferro ⁊ cęteris medicamētis. Omnis autē curatio: aut ex cōtrarijs aut ex similib⁹ adhibet̃. Ex cōtrarijs: vt frigidū calido vel humido siccū: sicut ⁊ in homine superbia sanari nō pōt: nisi humilitate sanet̃. Ex similibus vero sicut ligamentū: vel rotūdo vulneri rotūdū: vel oblongo oblongū apponit̃. Ligatura enī ipsa nō eadē mēbris ⁊ vulnerib⁹ oībus: sed similis simili coaptat̃: quę duo etiā ipsa adiutoria noibus suis significant. Nā antidotū grece latinę ex cōtrario datū dicit̃. Cōtraria enī cōtrarijs medicine ratione curant̃. At cōtra ex simili: vt picra qd̄ interp̄tatur amara: q2 gustus eius amarus ē. Ex cōuenienti enī nomen accepit: q2 amaritudo morbi amaritudine solui solet. Dia autē medicamēta ex ꝓprijs causis habent vocabula. Hiera enī dicta quasi diuina. Arteriaca ꝙ apta sint gutturis meatui: ⁊ tumores faucium ⁊ arteriarū leniāt. Tiriaca est antidotū serpētinū quo venena pellunt̃: vt pestis peste soluat̃. Catharctica grece latine purgatoria dicunt̃. Catapodia eo ꝙ modicū potet̃ seu inglutiat̃. Diamoron a succo morę nomē sumpsit. ex quo cōficit̃. sicut diacodion: q2 ex codia.i. ex papauere fit. sicut diaspmaton: q2 ex seminibus cōponit̃. Electuariū vocatū. eo ꝙ molle sorbeat̃. Trochiscus dictus: q2 in modū rotulę deformat̃. Trochos.n. grece rota dicit̃. Collyria latino sonāt ꝙ vitia oculoꝝ dtergāt. Epithema. eo ꝙ supponat̃ alijs adiutorijs p̄cedētibus. Cataplasma. eo ꝙ inductio sola sit. Emplastrū. eo ꝙ iducat̃. Malagma. ꝙ sine igne maceret̃ ⁊ cōprehēdatur. Anema grece. latine relaxatio dicit̃. Pessaria dicta ꝙ ht⁹ inijciant̃. Medicinā iumētoꝝ chiron qdā grecus iuenit: unde pingit̃ dimidia pte hō: dimidia equ⁹. Dict⁹ autē chiron απο της χειρουργικης: q2 chirurgicus fuit appellat⁹. Creticos dies medici vocāt: quibus credo ex iudicio infirmitatis hoc nomen impositum eē. ꝙ quasi iudicent hominem ⁊ sentētia sua aut puniant: aut liberent.

De libris medicinalibus. Cap. X.

Aforismus est sermo breuis. integrū sensū ꝓposite rei scribēs. Prognostica p̄uisio ęgritudinū. vocata a p̄noscēdo. Oportet enī medicū ⁊ pterita agnoscere: ⁊ p̄sentia scire: ⁊ futura preuidere. Dynamidia ptās ē herbarū. i. vis ⁊ possibilitas. Nā in herbarū cura vis ipsa dynamis dicit̃. Unde ⁊ dynamidia nūcupat̃. vbi eoꝝ medicinę scribunt̃. Butanicum herbariū dicit̃. ꝙ ibi herbę notentur.

De instrumentis medicorum. Cap. XI.

Enchiridion dictū. ꝙ manu astringat̃. dū plurima cōtineat ferramēta. Chir.n. grece manus vocat̃. Flebotomū ab incisione vocatū. Nā incisio grece tomi dicit̃. Similaria. angistrum. spatomele. gunia quę a latinis a similitudine cucurbitę. a suspirio ventosa vocat̃. Deniq3 aīata spiritu per igniculum: dehinc p̄ciso corpori superposita. omne qd̄ iter cutem vel altius ęstuat. siue humores siue sanguinem vocat in superficiē. Clistere est instrumētū p qd̄ anema inijcit̃. Pila a pinsendis seminib⁹. i. terēdis. Hinc ⁊ pigmēta. eo ꝙ in pila ⁊ pilo agunt̃. q̄si piligmēta. Est enī pila vas cōcauum ⁊ medicorū aptū vsui. in qua ꝓprie tipsanę fieri ⁊ pigmēta concidi solent. Uarro aūt refert pilumnū quēdā in italia fuisse. qui pinsendis pręfuit aruis. vñ ⁊ pilumni ⁊ pistores. Ab hoc ergo pilū ⁊ pilā inuēta qbus far pinsitur: ⁊ ex eius noie ita appellata. Pilū aūt est vñ cōtundit̃ qcqd in pila mittitur. Mortariū. ꝙ ibi iam semia in puluerē redacta ⁊ mortua condiātur. Coticula est in qua circūducta collyria resoluunt̃: erit enim lenis. Nam aspera frangi potius q̄ resolui collyrium facit.

De odoribus ⁊ vnguētis. Cap. XII.

Odor vocatus ab aere. Thymiama lingua gręca vocat̃ ꝙ sit odorabile. Nā thymo dicit̃ flos qui odorē refert: de quo Uirgilius: Redolētq3 thymo fragrātia mella. Incensum dictū. q2 igne cōsumit̃ dū offert̃. Tetraidos. formulę incēsi in longitudinē porrectę: quę fiūt ex quatuor pigmētis. Quatuor enī grece tetra. formula idos dr̄. Stacte est incēsum qd̄ ex p̄ssura manat. dictū a grecis αποτου σταζειν. quod ē manare siue distillare. Myrobalanū. q2 fit ex glāde odorata: de q̄ Orati⁹: Et p̄ssa tuis balanus capillis. Oleū est purū nulliq3 rei admixtū. Unguētū vero ē omne qd̄ ex cōi oleo ꝯfectū. aliarū sp̄erū cōmixtione auget̃. odoris iocunditatē sumēs: ⁊ lōgi⁹ redolēs. Unguēta aūt q̄dā dicunt̃ a locis: vt telinū. cuius Iulius cęsar meminit dicēs. Corpusq3 suaui telino vngimur. Hoc cōficiebat̃ in insula telo: quę ē vna ex cycladib⁹. Sūt ⁊ quędā ab iuentoꝝ noie: vt amaracinū. Nā qdā tradūt regiū quēdā puerū amaracū noie: cōplura vnguētoꝝ genera ferētē. casu ꝓlapsū esse ⁊ maiorem ex cōmixtiōe odorē creasse: vñ nūc optima vnguēta amaracina dicunt̃. sunt aūt ex genere floꝝ. Itē alia q̄ a materię suę q̄litate dicunt̃. vt rosaceū a rosa: cyprinū a flore cypri. q̄ ꝓinde ⁊ ꝓprię materię odorē referūt. Ex his q̄dā simplicia vnguēta sunt q̄ ex vna tm̄ sp̄ē existūt. vñ ⁊ sui nominis referūt odoratū. vt anetinū: est enī sincerū. ex oleo ⁊ aneto tm̄. Cōposita aūt sunt: quę a plurib⁹ admixtis fiūt. vnde ⁊ nominis sui odorem non habent. quia obtinentib⁹ alijs quę admiscentur: incertum odorem inducunt. vt ceterum: calcasticū: marciacū.

De initio medicinę. Cap. XIII.

Quęrit̃ a qbusdā. q̄re iter cęteras liberales disciplinas. medicinę ars nō ꝯtineat̃. Propterea q2 ille singulares ꝯtinēt causas. ista vero oīū. Nā ⁊ grāmaticā medicus scire iubet̃: vt itelligere vel exponere possit q̄ legit. silr ⁊ rhetoricā. vt veracib⁹ argumētis valeat diffinire q̄ tractat: nec nō ⁊ dialecticam ꝓpter infirmitatū causas rōne adhibita pscrutandas atq3 curādas. Sic ⁊ arithmeticā ꝓpter numerū horarū in accessiōib⁹ ⁊ piodis dierū: nō aliter ⁊ geometriā ꝓpter q̄litates regionū ⁊ locoꝝ situs: in qb⁹ doceat qd qsq3 obseruare debeat. Porro musica icognita illi nō erit. Nam multa sūt q̄ in ęgris hoīb⁹ p hāc disciplinā facta legunt̃: sic de Dauid legit̃: Qui a sp̄u īmūdo saulē arte modulationis eripuit. Asclepiades quoq3 medicus phreneticū quendā p symphoniam pristinę sanitati restituit. Postremo ⁊ astronomiam notam habebit: per quam cotempletur rationē astrorum ⁊ mutationes temporū. Nam sicut ait quidam medicorum: cum ipsorum qualitatibus ⁊ nostra corpora commutantur. hinc est ꝙ medicina secunda philosophia dicit̃. Utraq3 enim disciplina totum hominem sibi vēdicat. Nā sicut per illā aīa. ita per hanc corpus curatur.

Incipit liber quintus.

De auctoribus legum. Cap. I.

Moyses gentis hebręę p̄m⁹ oīū diuinas leges sacris lr̄is explicauit. Phorone⁹ rex gręcis p̄m⁹ leges iudiciaq3 constituit. Mercurius trimegistus p̄m⁹ leges ęgyptijs tradidit. Solon p̄m⁹ leges atheniēsib⁹ dedit. Licurgus p̄mus lacedęmonijs iura legū ex apollinis auctore confinxit. Numa pōpilius q romulo successit in regno. p̄mus leges romanis edidit. Deide cū pp̄ls seditiosos magistratus ferre nō posset. decēuiros legib⁹ scribēdis creauit: q leges ex libris solonis in latinū sermonē trāslatas. ij. tabulis exposuerūt. Fuerūt aūt hi: Appius claudi⁹. T. genuti⁹. P. sestius. L. veturi⁹. S. iuli⁹. A. manli⁹. P. sulpitius. P. curiatius. T. romuli⁹. Sp. posthumi⁹. Hi decē viri legū ꝯscribēdarū electi sūt. Leges aūt redigere i libris p̄m⁹ ꝯsul pōpei⁹ instituere voluit: sz nō pseuerauit: obtrectatoꝝ metu. Deide cęsar cepit id facere: sz ante iterfect⁹ ē. Paulati aūt antiquę leges vetustate atq3 icuria exoleuerūt. q̄rū ⁊ si nullus iam vsus ē. noticia tm̄ necessaria videt̃. Leges noue a Cōstātio cęsare ceperūt: ⁊ reliqs succedētib⁹: erātq3 pmixtę ⁊ iordinatę. postea Theodosi⁹ minor augustus ad similitudinē gregoriani ⁊ hermogeniani codicē factū ꝯstōnū a constātini tpibus sub proprio cuiusq3 imperatoris titulo disposuit: quē a suo nomine theodosianū vocauit.

De legib⁹ diuinis ⁊ humanis. Cap. II.

Omnes aūt leges aut diuinę sūt aut humanę. Diuinę nā. humanę morib⁹ ꝯstant: ideoq3 hę discrepāt: qm̄ alię alijs gētib⁹ placēt. Fas lex diuina ē. ius lex humana. Trāsire p agrū alienū fas est: ius nō est.

Quid differūt iter se ius leges ⁊ mores. Cap. III.

Ius gnāle nomē ē. Lex āt iuris ē sp̄es. Ius autē dictū. q2 iustū ē. Oē aūt ius legib⁹ ⁊ morib⁹ constat. Lex ē ꝯstitutio scripta. Mos ē vetustate ꝓbata ꝯsuetudo. siue lex nō scripta. Nā lex a legēdo vocata: q2 scripta ē. Mos aūt lōga ꝯsuetudo est de morib⁹ tm̄mō tracta. Cōsuetudo aūt ē ius qddā moribus istitutū. qd̄ ꝓ lege suscipit̃ cū d̄ficit lex: nec differt scriptura an rōne ꝯsistat qñ ⁊ legē rō cōmēdat. Porro si rōne lex ꝯstat. lex erit oē iā qd̄ rōne ꝯstiterit. dūtaxat qd̄ religioni ꝯgruat: qd̄ disciplinę ꝯueniat: qd̄ saluti ꝓficiat. vocata āt cōsuetudo. quia in cōmuni est vsu.

Quid sit ius naturale. Cap. IIII.

Ius aut nāle ē: aut ciuile: aut gentiū. Ius nāle ē cōe oīū nationū: eo ꝙ vbiq3 istinctu nāę. nō ꝯstitutiōe aliqua habet̃. vt viri ⁊ feminę cōiūctio: liberoꝝ successio ⁊ educatio: cōis oīū possessio: ⁊ oīū vna libertas: acquisitio eoꝝ quę cęlo: terra mariq3 capiunt̃. Itē depositę rei vl̄ cōmēdatę pecunię restitutio: violētię per vim repulsio. Nam hoc aut siquid huic simile est: nunq̄ iniustū sed naturale ęquūq3 habetur.

Quid sit ius ciuile. Cap. V.

Ius ciuile est: qd̄ qsq3 populus vel quęq3 ciuitas sibi propriū: humana diuinaq3 causa cōstituit.

Quid sit ius gentium. Cap. VI.

Ius gentiū est sediū occupatio: edificatio: munitio: bella: captiuitates: seruitutes: postliminia: fędera pacis: iducię: legatoꝝ nō violandoꝝ religio: cōnubia inter alienigenas prohibita: ⁊ inde ius gentium: quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

Quid sit ius militare. Cap. VII.

Ius militare est belli inferendi solēnitas: fęderis faciēdi nexus: signo dato ꝯgressio i hostē vel cōmissio: itē signo dato receptio. itē flagitij militaris disciplina: si locus deserat̃. itē stipēdioꝝ modus: dignitatū gradus p̄mioꝝ honor: veluti cū corona vel torques donant̃. item prędę decisio: ⁊ pro personarum qualitatibus ⁊ laboris iusta diuisio: ac principis portio.

Quid sit ius publicum. Cap. VIII.

Ius publicū ē i sacris: ⁊ i sacerdotib⁹: ⁊ i magistratibus.

Quid sit ius q̄ritū. Cap. IX.

Ius q̄ritū ē ꝓprie romanoꝝ: qd̄ nulli tenēt nisi quirites. i. romani. tanq̄ de legitimis hereditatib⁹: de cretionib⁹: de tutelis: de vsucapionib⁹: q̄ iura apud nullū aliū pp̄lm repiunt̃: sz ꝓpria sūt romanoꝝ: ⁊ in eosdē solos ꝯstituta. Cōstat aūt ius q̄ritū ex legib⁹ ⁊ plebiscitis ⁊ ꝯstōnib⁹ p̄ncipū: ⁊ edictis siue prudentiū responsis.

Quid lex. Cap. X.

Lex est cōstitutio populi: qua maiores natu simul cū plebibus aliquid sanxerunt.

Quid scita plebium. Cap. XI.

Scita sunt: quę plebes tm̄ cōstituūt: ⁊ vocata scita: ꝙ ea plebs sciat: vel ꝙ sciscitat̃: ⁊ rogat vt fiant.

Quid senatuscōsultū. Cap. XII.

Senatus cōsultū est: ꝙ tm̄ senatores populis cōsulēdo decernunt.

Quid cōstitutio ⁊ edictū. Cap. XIII.

Constitutio vel edictum: qd̄ rex vel imperator ꝯstituit vel edicit.

Quid responsa prudentiū. Cap. XIIII.

Responsa sunt: que iuriscōsulti r̄ndere dicunt̃ ꝯsulētibus: vñ ⁊ r̄nsa Pauli dicta. Fuerūt.n. qdā prudētes ⁊ arbitri ęquitatis q instōnes ciuiles iuris cōpositas ediderūt: qbus dissidētiū lites ꝯtētionesq3 sopirent.

De legib⁹ cōsularib⁹ ⁊ tribunitijs. Cap. XV.

Quędā ēt leges dicunt̃ ab his q ꝯdiderunt: vt ꝯsulares: tribunitię iulię cornelię. Nā et sub Octauiano cęsare suffecti ꝯsules Papius ⁊ pōpeius legē tulerūt: quę a noib⁹ eorū appellat̃ papia pōpeia. ꝯtinēs patrū p̄mia pro suscipiēdis liberis. Sub eodē quoq3 iperatore Falcidi⁹ tribunus plebis legē fecit: ne qs plus ex̄neis in testō legaret q̄ vt q̄rta pars superesset heredib⁹: ex cuius noie lex falcidia nūcupata est. Aqli⁹ quoq3 legē cōdidit: quę hactenus aquilia nuncupatur.

De lege satyra. Cap. XVI.

Satyra vero lex est: quę de plurib⁹ reb⁹ sit̃ loquitur. dicta a copia rerū: ⁊ quasi a satietate: vnde ⁊ satyrā scribere est poemata varia cōdere: vt Oratij Iuuenalis ⁊ Persij.

De legib⁹ rhodijs. Cap. XVII.

Rhodię leges naualiū cōmertioꝝ sūt ab isula rhodo cognoiatę: in qua antiqtus mercatoꝝ vsus fuit.

De priuilegijs. Cap. XVIII.

Priuilegia aūt sūt leges p̄uatoꝝ: quasi p̄uatę leges. Nā p̄uilegiū ide dictū ꝙ i priuato feratur.

Quid possit lex. Cap. XIX.

Omnis autē lex aut permittit aliquid: vt vir fortis petat p̄miū: aut vetat: vt sacrarū virginū nuptias nulli petere liceat. aut punit: vt q cędē fecerit capite plectat̃. eius.n. p̄mio aut pęna vita moderat̃ humana.

Quare lex facta sit. Cap. XX.

Factę sunt autem leges vt earum metu humana coerceatur audacia: tutaq3 sit inter improbos innocētia: ⁊ in ipsis improbis formidato supplicio. refrenetur nocendi facultas.

¶ Qualis debeat fieri lex. Cap. XXI

ERit autē lex honesta iusta possibilis ʒ naturā: ſm patrię cōsuetudinē: loco tēporiq; cōueniēs: necessaria: vtilis: manifesta quoq;: ne aliqd ꝑ obscuritatē in captione ꝯtineat: nullo ꝑuato comodo: sed ꝓ cōi ciuiuʒ vtilitate cōscripta.

¶ De causis. Cap. XXII.

PRagma grecuʒ est: qđ latine causa dicit᷑. vñ ⁊ pragmatica negocia dicuntur: ⁊ actor causarū ⁊ negociorum pragmaticus nuncupatur.

¶ De testibus. Cap. XXIII.

TEstes sunt a quib⁹ querit᷑ veritas in iudicio. Quos quisq; ante iudiciū sibi placitis alligat: ne cui sit postea liberū aut dissimulare: aut subtrahere se: vnde ⁊ alligati appellātur. Itē testes dicti ꝙ testamēto adhiberi solent: sicut signatores qui testamentum signant.

¶ De instrumentis legalibus. Cap. XXIIII.

VOluntas ē generale nomē omniū legalium instrumētoꝝ. quę q̄ꝛ nō vi sʒ volūtate ꝓcedit. iō tale nomē accepit. Testamētū vocatum. q̄ꝛ nisi testator mōtuus fuerit. nec cō firmari pōt nec sciri qđ in eo scriptuʒ sit. q̄ꝛ clausuʒ ⁊ obsignatū ē. inde dictū testamentum. q̄ꝛ non valet nisi post testatoris monumētū. vñ ⁊ ap̄ls: Testamentuʒ inqt i mortuis ꝯfirmat᷑. Testamētū sane in scripturis sanctis nō hoc solū dicit᷑ qđ non valet nisi testatorib⁹ mortuis. sʒ oē pactū ⁊ placitum testamētū vocabant. Nā laban ⁊ iacob testamētū fecerunt. qđ vtriq; etiaʒ inter viuos valeret. Et in psalmis legit᷑. Aduersus te testamētū disposuerūt. hoc ē pactū. ⁊ innumerabilia talia. Tabulę testamēti inde appellatę sunt. q̄ꝛ ante chartę ⁊ mēbranaꝝ vsuʒ. in dolatis tabulis nō solū testamēta: sed ēt epistolaꝝ alloga scribebant᷑. Vñ ⁊ portitores eaꝝ tabellarii vocabāt᷑. Testamentū iuris ciuilis est. qnq; testium signis subscriptione firmatū. Testamētum iuris pretorii est septē testiū signis firmatū: sʒ illud apud ciues fit: inde ciuile. istud apud p̄tores: ide iuris p̄torii. Testamētū aūt signare: notare est. i. vt notū sit qđ scriptū est. Holographū testamentuʒ est manu auctoris totū ꝯscriptū: atq; subscriptuʒ. vñ ⁊ nomē accepit. Greci eni holon totū: graphin litterā dicunt. Irritū testamētū est: si is qui testat᷑ ē capite diminutus est: aut si nō rite factū sit. Inofficiosuʒ testm̄ est: qđ frustra liberis exheredatis sine officio naturalis pietat᷑ in extraneas ꝑsonas redactū ē. Ruptū testm̄ ide vocatuʒ: eo ꝙ nascēte posthumo: neq; exheredato noiatiʒ: neq; herede instituto disrumpit᷑. Suppressuʒ testamētū est: qđ in fraude heredū vel legatarioꝝ seu libertoꝝ nō ē palā ꝓlatuʒ: qđ si nō latet: tñ si ꝑdictis ꝑsonis nō ꝓferat᷑: supprimi tñ videt᷑. Nūcupatio ē: quā in tabulis cerisq; testator recitat: dicēs. Hec vt in tabulis his cerisq; scripta sunt: ita dico: ita lego: itaq; vos ciues romani mihi testimoniū ꝑhibete: ⁊ hoc dr̄ nuncupatio. Nūcupare eni est in palā noiare ⁊ cōfirmare: Ius liberoꝝ est ꝯiuguʒ sine liberis inuicē pro loco pignoꝝ hereditatis alterna ꝯscriptio. Codicillū: vt veteres aiūt sine dubio ab auctore dictuʒ: qui hoc scripturę genus instituit. Est autē scriptura: nulla idigēs solēnitate verboꝝ: sed sola testatoris volūtate: qualicūq; scripturę significatiōe exp̄ssa. Cuius beneficio volūtatib⁹ defunctoꝝ ꝯstat esse subuētum: ꝓpter legaliū verboꝝ difficultatē: aut certe ꝓpter necessitatē adhibēdoꝝ solēniū: ita vt qui scribit titulū eiusdē scripturę codicillū vocet. Sicut auteʒ codicillus fit vice testamēti: ita epistola vice codicilloꝝ. Cretio est certus dieꝝ numerus: in quo institutus heres aut adit hereditatē: aut finito tēpore creationis excludit᷑: nec liberū illi est vltra capiēdę hereditatis. Cretio appellata est: quasi decretio. i. decernere vel constituere: vtputa ille heres mihi esto. additurq;: cernitoq; īfra dies tot. Adeūdarū autē hereditatuʒ centesim⁹ statut⁹ erat dies qb⁹ nō est cretio addita. Fideicōmissuʒ dictū: vt fiat qđ a defuncto cōmittit᷑. Nā fides dicta eo ꝙ fiat: qđ tñ nō directis verbis: sʒ p̄catiuis exposcit᷑. Pactū dr̄ iter ꝑtes ex pace ꝯueniēs: scriptura: legib⁹: ac moribus cōprobata: ⁊ dictū est pactū q̄si ex pace factū: ab eo ꝙ est pāgo: vñ ⁊ pepigit fędus. Placituʒ quoq; silr̄ ab eo ꝙ placeat. Alii dicūt pactū esse qđ volēs qsq; facit: placitum vero etiā nolēs cōpellit᷑: veluti qñ qsq; paratus sit in iudicio ad rñdendū: ꝙ nemo pōt dicere pactū sʒ placitū. Mandatū dictuʒ ꝙ olim i cōmisso negocio alter alteri manum dabat. Ratū vero q̄si rōnabile ⁊ rectū: vnde ⁊ q pollicet᷑. dicit ratū me eē ꝓfiteor: hoc est firmū atq; ꝑpetuum. rite autē eē nō recte: sʒ ex more. Chirographū: cautio vel ꝯscriptio duarū īstar chartarū: grece eni manu scriptum dr̄ cautio. Emptio ⁊ vēditio est rerū cōmutatio atq; cōtract⁹: ex cōuenientia veniēs. Emptio autē dicta: ꝙ a me tibi fit: vēditio q̄si venūdatio. i. a nundinis. Donatio est cuiuslibet rei trāsactio. Dictū aūt dicūt donationē: q̄si doni actionē: ⁊ dotem q̄si do itē. Precedēte eni in nuptiis donatiōe: dos seq̄tur. Nā antiquus nuptiaruʒ erat rit⁹: quo se marit⁹ ⁊ vxor inuicē emebāt: ne videret᷑ vxor ancilla: sicut habem⁹ in iure. Inde ē ꝙ p̄cedēte donatiōe viri: seqt᷑ dos vxoris. Donatio vsufructuaria ideo dr̄: q̄ꝛ donator ex ea vsūfructuʒ adhuc retinet: ꝑuato cui donatuʒ est iure. Donatio directa iō nuncupat᷑: q̄ꝛ ⁊ iure ⁊ vsu statim trāsit in alteruʒ: nec vltra aliqd inde ad ius donatoris retorquet᷑. Cōditiones ꝓprie testiū sunt: ⁊ dictę ꝯditiōes: a cōdicēdo q̄si cōdictiones: qa nō ibi testis vnus iurat: sed vel duo vel plures. Nō eniʒ in vnius ore: sʒ in duoꝝ aut triū testiū stat oē verbū. Itē ꝯditiones: ꝙ iter se cōueniat sermo testiū: q̄si ꝯdictiones. Stipulatio ē ꝓmissio vel spōsio: vñ ⁊ ꝓmissores stipulatores vocant᷑. dicta aūt stipulatio a stipula. Veteres eni qñ sibi aliqd ꝓmittebāt: stipulā tenētes frāgebāt: quā iterū iūgētes: sponsiones suas agnoscebēt: siue ꝙ stipulū iuxta Paulum iuridicū firmuʒ appellauere. Sacramentū est pign⁹ sponsionis: vocatū autem sacramentum: quia violare qđ quisq; promittit perfidię est.

¶ De rebus. Cap. XXV.

HEreditas est res q̄ morte alicuius ad quempiam ꝑuenit: vel legato testō: vel possessiōe retēta. Dicta aūt hereditas a reb⁹ aditis: siue ab ere: q̄ꝛ qui possidet agruʒ ⁊ censuʒ soluit: ide ⁊ res. Res sūt q̄ in nostro iure consistunt. Iura aūt sūt: q̄ a nobis iuste possidentur: nec aliena sūt. Dicta aūt res a recte habēdo: ius a iuste possidēdo. Hoc eni iure possidet᷑ qđ recte: hoc recte qđ bene. Qđ aūt male possidet᷑ alienū est. Male autē possidet: q vel suis male vtit᷑: vel aliena ꝑsumit. Possidet aūt iuste: qui nō irretit᷑ cupiditate. Qui aūt cupiditate tenet᷑ possessus est: nō possessor. Bona sunt honestorum seu nobiliū: q̄ ꝓinde bona dicunt᷑: vt nō habeāt turpē vsū: sʒ ea hoies ad res bonas vtant᷑. Peculiū ꝓprie minoꝝ est ꝑsonarū siue seruoꝝ. Nā peculiū est qđ pater vel dñs filiū suū vel seruuʒ pro suo iure tractare patit᷑. Peculiū autem a pecudib⁹ dictuʒ: in quib⁹ veteruʒ cōstabat vniuersa substantia. Bonoꝝ possessio est ius possessionis: certo ordine certoq; titulo acquisita. Intestata hereditas est: quę testamento scripta nō est: aut si scripta sit: iure tamē nequaq̄ ē edita. Caduca inde dicunt᷑: q̄ꝛ eius heredes ceciderūt. Familię herciscūdę ē diuisio hereditatis inter heredes. Herciscūdę eni apud veteres diuisio nuncupat᷑. Cōmuni diuidēdo est iter eos quib⁹ cōis res est: quę actio iubet postulātib⁹ his arbitrū dari: cuius arbitratu res diuidant᷑. Finiū regūdoꝝ actio dicta eo ꝙ per eaʒ regātur fines vtriq; ne dissipentur: dūmodo nō angustiore quinq; pedum loco controuersia fit. Locatio ē res ad vsum data. cū diffinitione mercedis. Cōductio ē res in vsuʒ accepta. cum ꝯstituta mercede. Res credita ē. q̄ in obligationē ita deducta ē. vt ex tpe quo ꝯhebat᷑. certū sit eā deferre. Usura ē incrementū fenoris. ab vsu eris crediti nūcupata. Comodū est id qđ nostri iuris ē: ⁊ ad alios tpaliter trāslatū est. cū modo tpis q̄diu apud eū sit. vñ ⁊ comodū dictū ē. Precariū est. dum prece creditor rogatus ꝑmittit debitorē i possessiōe fundi sibi obligati demorari. ⁊ ex eo fructus capere. Et dictū precariū. q̄ꝛ prece audit᷑. q̄si precadiū r ꝓ d littera cōmutata. Mutuū appellatū est. q̄ꝛ id qđ a me tibi dat᷑. ex meo tuū fit. Depositū ē pignus cōmendatū ad tps. q̄si diu positum. Deponere aūt qs videt᷑. cū aliqd metu furti incendii. naufragii. apud aliū custodię cā deponit. Interest aūt ī loquēdi vsu iter pignus ⁊ arrā. Nā pignus ē qđ dat᷑ ꝓp rem creditam q̄ dū reddit᷑ statim pignus aufert᷑. Arra vō est q̄ ꝓmū ꝓ re bonefidei ꝯtu empta ex ꝑte dat᷑. ⁊ postea cōplet᷑. Est n. arra cōplenda. nō auferēda. vñ q hʒ arrā non reddit sic pignus sʒ desiderat plenitudinē. ⁊ dicta arra. a re ꝓ q̄ tradit᷑. Itē inter pignus ⁊ fiduciā ⁊ hypothecam. hoc interest. Pignus. n. ē qđ ꝓp rē editā obligat᷑. cuius rei possessionē solum ad tps ꝯsequit᷑ creditor. ceteꝝ dñiuʒ penes debitoreʒ est. Fiducia ē. cū res aliq̄ sumendę mutuę pecunię grā vel mancipat᷑ vl̄ i iure credit᷑. Hypotheca ē. cū res aliq̄ commodat᷑. sine depositiōe pecunię vl̄ pignoris. pacto vel cautione sola interueniēte. Momētū dictū a tpis breuitate vt taz cito q̄ statim saluo negocio reformet᷑. nec ī vllā morā producī debeat qđ repetit᷑. sic nec vllū spaciuʒ ē momēti. cui⁹ tam breuis ē tpis pūctus vt ī aliquā moraʒ nullo mō ꝓducat᷑. Instrumentū est vñ aliqd ꝯstruimus. vt culterus. calamus. ascia. Instructū. qđ ꝑ instrumētuʒ efficit᷑. vt baculus codex. tabula. Usus q̄ ī re istructa vtimur. vt in baculo inniti: ī codice legere: ī tabula ludere. sʒ ⁊ ipse fructus agroꝝ q̄ eo vtimur vsus vocat᷑. Hec sūt illa tria. Usufructus āt vocat᷑ q̄ꝛ solo vsu habet᷑ ei⁹ fructus: manente apud aliū iure. Usucapio ē ademptio dominii: ꝑ ꝯtinuationeʒ iuste possessiōis vel biennii aut alicui⁹ tpis. Mancipatio dicta est: q̄ manu res capit᷑. Vñ oportet eū q mancipiū accipit: comprehēdere idipsū qđ de mancipio dat᷑. Cessio ē ꝓprię rei cōcessio: sic est illud: cedo iure ꝓpinqtatis. Cedere. n. dicim⁹ q̄si ꝯcedere. i. q̄ ꝓpria sūt. Nā si aliena restituim⁹: non cedimus. Nā cedere ꝓprie dr̄: q ꝯtra ṽitatē alteri ꝯsentit: vt Cicero. Cessit inqt amplissimi viri auctoritati vel potius paruit. Interdū ē qđ a iudice nō in ꝑpetuū sʒ pro reformādo momēto ad tps: interim dr̄: salua ꝓpōne actiōis eius. Precariū vocatū eo ꝙ ꝑus illud damus: vt ꝓ eius vice: rem quā appetimus possidere debeam⁹. Cōmertiū dictū a mercib⁹ quo noie res venales appellamus. Vñ ⁊ mercatus dr̄ cet⁹ multoꝝ hoiuʒ: q res vendere vel emere solēt. Integri restitutio est causę vel rei reparatio. Causa redintegratur: que vi potestatis expleta nō est. Res redintegratur: que vi potestatis ablata atq; extorta est.

¶ De criminibus in lege constitutis. Cap. XXVI.

CRimen a carēdo nomē hʒ vt furtū: falsitas ⁊ cetera q̄ non occidūt: sʒ infamant. Facin⁹ dictū a faciēdo malū qđ noceat alteri. Flagitiuʒ: a flagitādo corruptelā libidinis q̄ noceat sibi. Hec sūt duo genera oiuʒ peccatoꝝ. Vis ē ṽt⁹ potestatis: ꝑ quā cā siue res vel aufert᷑ vel extorquet᷑. Vis ꝑuata ē si qsq; añ iudiciū armatis hoibus quēq; a suo deiecerit vl̄ expugnauerit. Vis publica ē si qs ciuē ante populū vl̄ iudicē vel regē appellantē necauerit: aut torserit: siue ṽberauerit vel vixerit. Dolus ē mētis calliditas: ab eo ꝙ deludat. Aliud. n. agit: ⁊ aliud simulat. Petronius alr̄ estimat dicens. Quid ē iudicis dolus: Nimirū vbi aliqd factū est; qđ legi dolet: habetis dolū: accipite nūc maluʒ. Calūnia ē iurgium alienę litis: a caluēdo. i. decipiēdo dicta. Falsitas appellata a fando aliđ q̄ verū ē. Iniuria ē iniusticia. Hinc ē illđ Virgilii: Cū turni iniuria matrē admonuit. Iniuria ē q audet aliqd ꝯtra ordinē iuris. Seditio dr̄ dissensio ciuiū: ꝙ seorsum alii ad alios eunt. Nā hi maxime turbatione reꝝ ⁊ tumultu gaudēt. Sacrilegiū ꝓprie ē sacraꝝ reꝝ furtū: postea ⁊ in idoloꝝ cultu hesit hoc nomen. Adulteriū ē illusio alieni ꝯiugii: ꝙ q̄ꝛ alter alterius thoruʒ cōmaculauit: adulterii nomē accepit. Stuprū: raptus ꝓprie ē illicit⁹ coitus: a corrūpendo dictus. Vñ Virgilius. Rapto potit᷑. i. stupro fruitur. Homicidii vocabulū cōpositū est ex hoie ⁊ cede. Qui. n. cedē i hoieʒ fecisse comptus erat homicidā veteres appellabāt. Parricidii actio nō solū in eū dabat᷑ q parentē. i. q patrē vel matrē interemisset: sʒ ⁊ in eū q fratrē occiderat ⁊ dictū parricidiū q̄si parentis cediū. Internecieī iudiciuʒ in eū dabat᷑ q falsū testamentū fecerat: ⁊ ob id hoiem occiderat. Accusatorē ei⁹ possessio bonoꝝ seq̄bat᷑. Internecieī aūt significatio ē q̄si hois q̄daʒ enecatio. Nā p̄positionem iter p̄ponebāt ne. Neuius. Mare interbibere. ⁊ Plautus. Interluere mare. i. ebibere ⁊ eluere. Furtū ē rei aliene clādestina ꝯtrectatio: a furuo. i. fusco vocatū: q̄ꝛ ī obscuro fit. Furtū aūt capitale crimē apud maiores fuit: ante penaʒ q̄drupli. Peruasio est rei alienę manifesta presumptio. Furtum aūt earundem rerum fit q̄ de loco in locuʒ transferri possunt: ꝑuasio aūt ⁊ eaꝝ q̄ trāsferunt᷑. ⁊ eaꝝ q̄ immobilia sunt. Inficiatio est negatio debitę rei cū a creditore deposcitur. Idē ⁊ abiuratio. i. rei creditę abnegatio. Ambitus iudiciū in eū est q largitione honorē capit ⁊ ambit: amissur⁹ dignitatē quaʒ munere inuadit. Peculatus iudiciū in eos dat᷑: q fraudem erario faciūt: pecuniāq; publicaʒ interuertunt. Nam a pecunia peculatū dictū est iudiciū. Non antē sic iudicat᷑ furtū rei publicę sicut rei priuatę. Nam ille sic iudicat᷑ vt sacrilegus: q̄ꝛ fur est sacroꝝ. Repetundaruʒ accusat᷑ q pecunias a sociis cepit. In hoc iudicio reus si ante moriatur: in bona eius iudicium redditur. Incesti iudiciū in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutuʒ est. Qui. n. talibus miscent᷑: incesti. i. incasti habent᷑. Maiestatis reatu tenentur hi q regiam maiestatem leserunt vel violauerunt: vel q rempublicam prodiderunt: vel cuʒ hostibus consenserūt. Piaculū dictū pro eo ꝙ expiari pōt: cōmissa sunt. n. que erant quoquo ordine expianda.

¶ De penis in legibus constitutis. Cap. XXVII.

vel q2 duos parietes e diuerso.i.de circūcisiõe ꝛ ꝑputio: venientes i vnã fabricã eccl'ię iūgit. vel ꝙ pacẽ in se angelis et hoib⁹ facit. Lapis offensionis. q2 veniẽs humilis offenderūt in eū icreduli hoies: ꝛ factus ē petra scãdali: sicut dicit apostolus. Judeis qdē scãdalū. Fūdamētū aūt ideo vocatur: q2 fides in eo firmissima est: vel q2 sup eū catholica ecclesia ꝯstructa est. Nã ꝛ xp̃s agn⁹ pro inocẽtia: ꝛ ouis ꝑꝑ patientiã: ꝛ aries ꝓpter ꝑ̄ncipatū: ꝛ hędus ꝑꝑ silitudinez carnis peccati. ꝛ vitulus pro eo ꝙ ꝓ nobis ē imolatus. ꝛ leo ꝓ regno ꝛ fortitudine. ꝛ serpẽs ꝓ morte ꝛ sapiẽtia. Idẽ ꝛ vermis: q2 resurrexit. Aquila ꝑꝑ ꝙ post resurrectionẽ ad astra remeauit. Nec mirū si vilib⁹ significatiōib⁹ figuretꝭ q vsq ad nostrarū passionū: seu carnis ꝯtumelias descendisse cognosciꝭ. Qui cū sit coęternus dei p̄ris añ sęcula fili⁹ postq̄ venit plenitudo t̄pis ꝓpter salutẽ nostrã formã serui accepit: ꝛ factus ē filius dei fili⁹ hoīs. Inde qdã de illo i scripturis sanctis ꝭm formã dei. qdã ꝭm formã serui dicunꝭ. Quoruz exẽpli grã duo qdã cõmemorãtur: vt singula ad singula referanꝭ. Scdm formã dei. de ipso dixit. Ego ꝛ p̄r vnuz sumus. ꝭm formã serui: Qm̄ p̄r maior me est. Hoies autez minus itelligẽtes qd ꝓ quo dicaꝭ: ea q̄ ꝓpter formã serui dicta sunt. volūt trãsferre ad formã dei. ꝛ rursus ea q̄ dicta sunt vt ad se inuicẽ ꝑsonę referanꝭ. volūt noia eē nãę atq substãtię: ꝛ faciūt errorẽ in fide. Sic aūt de filio cõiūcta est humana nã: vt ex duab⁹ substãtiys fieret vna persona. Solus igiꝭ hō ꝑtulit crucē: sꝫ ꝓpter vnitatẽ ꝑsonę ꝛ deus dicitur ꝑtulisse. Hinc ē qd̄ scribiꝭ. Si eni cognouissent: nunq̄ dn̄m glorię crucifixissent. Filiū ergo dei crucifixū fatemur nõ ex v̄tute diuinitatis: sꝫ ex infirmitate humanitatis: non ex suę naturę ꝑmãsione: sed ex nostra susceptione.

¶ De spiritu sancto. Cap. III.

Spiritus sanctus iõ ꝑ̄dicaꝭ deus: q2 ex patre filioq ꝓcedit: ꝛ substãtiã eoꝝ hꝫ. Neq eni aliud de patre ꝓcedere potuit: q̄ qd̄ ipse ē pater. Spiritus sanctus aūt dictus: sꝫ id qd̄ ad aliqd referꝭ spirãs. Spirans vtiq spiritu ispirat⁹ ē: ꝛ ex eo appellat⁹ spūs ē. Proprio aūt mõ quodã diciꝭ spūs sanctus ꝭm qd̄ referꝭ ad patrẽ ꝛ filiū: ꝙ eoꝝ spūs sit. Nã ꝛ hoc nomẽ: qd̄ sp̃s dr̄: nõ semꝑ ꝭm id qd̄ referꝭ ad aliqd: sed ꝭm id qd̄ alquaz naturã significat itelligiꝭ. Ois.n. icorporea nã spūs in scripturis sacris appellaꝭ. Uñ nõ tm̄ patri ꝛ filio ꝛ spūiscõ. sed omni rõnali creaturę ꝛ aię hoc vocabulū ꝯgruit. Ideo igiꝭ spūs dei sanctus vocaꝭ. q2 patris ꝛ filiȷ scitas est. Nã cū sit ꝛ p̄r spūs: ꝛ filius spūs: ꝛ p̄r sanctus: ꝛ fili⁹ sanct⁹. ꝓprie tamẽ ipse vocaꝭ spūssanct⁹: tanq̄ sanctitas coessentialis ꝛ cõsubstantialis amboꝝ. Spūssanct⁹ iõ nõ dr̄ genit⁹: ne duo in trinitate filiȷ suspicenꝭ. Ideo nõ ꝑ̄dicaꝭ igenitus ne duo p̄res in ipsa trinitate credanꝭ. Procedẽs aūt dr̄ testimonio dn̄i dicẽtis: Multa adhuc habeo q̄ vobis loq̄r: sꝫ nõ potestis illa mõ audire. Ueniet aūt spūs veritatis: q a patre ꝓcedit: ꝛ de meo accipiet: ille vobis idicabit oia. Hic aūt nõ solū natura ꝓcedit: sꝫ semꝑ ad ꝑagẽda oꝑa diuinitatis ideficiẽter ꝓcedit. Hoc aūt iterest iter nascentẽ filiū ꝛ ꝓcedentẽ sp̄m sanctū. ꝙ fili⁹ ex vno nasciꝭ: spūssanct⁹ ex vtroq ꝓcedit. ꝛ ideo dicit ap̄ls: Qui aūt sp̄m xp̄i nõ hꝫ: hic nõ ē eius. Spūs sanctus ex oꝑe etiã angelus itelligiꝭ. Dictū est eniz de illo: Et quę vẽtura sunt: annūciabit vobis. Et vtiq angelus gręce: latine nūci⁹ iterp̄taꝭ. Uñ duo angeli apparuerūt loth in qbus dn̄s singulariter appellaꝭ: quos itelligimus filiū ꝛ sp̄m sanctū. Nã p̄r nunq̄ legiꝭ missus. Spūs sanctus ꝙ dr̄ paraclit⁹. a cõsolatiõe diciꝭ. Paraclisis.n. gręce: latine ꝯsolatio appellaꝭ. Christus eni eū ap̄lis lugẽtibus misit: postq̄ ab eoꝝ oculis ipse in cęluz ascẽdit. Cõsolator eni tristib⁹ mittiꝭ: ꝭm illã eiusdẽ dn̄i sentẽtiã: Beati lugentes: qm̄ ipsi cõsolabunꝭ. Ipse etiã dixit: Tūc lugebūt filiȷ spõsi cū ablatus ab eis fuerit spõsus. Itẽ paraclitus ꝓ eo ꝙ ꝯsolationẽ ꝑstet aiabus: q̄ gaudiū t̄pale amittūt. Aliȷ paraclituz latine oratorẽ vel aduocatū iterp̄tanꝭ. Ipse eni spūs sanct⁹ dicit. ipse docet: ꝑ ipsuz daꝭ sermo sapiẽtię: ab ipso sancta scriptura inspirata ē. Spūs sanctus iõ septiformis nūcupatur: ꝑꝑ dona quę de vnita ei⁹ plenitudine particulatim recipiẽtes quiq vt digni sunt consequi ꝓmerẽtur. Ipse eni spūs sapiẽtię ꝛ itellectus: spūs cõsiliȷ ꝛ fortitudinis: spūs sciẽtię ꝛ pietatis: spūs timoris dn̄i. Spūs aūt ꝑ̄ncipalis in psalmo qnq̄gesimo legiꝭ: vbi q2 tertio spūs repetiꝭ: nõnulli trinitatẽ intellexerūt i deo: q2 scriptū est: Deus spūs est. Qd̄ eni nõ est corpus: ꝛ tm̄ ē. videꝭ restare vt spūs sit. Intelligūt ergo ibi nõnulli trinitatẽ significari in spū ꝑ̄ncipali patrẽ: in spū recto filiū. in spū scõ: sp̄m sanctū. Spūs sanct⁹ ideo donū dr̄. eo ꝙ daꝭ. A dãdo.n. donū est nūcupatū. Notissimū est eni dn̄m ihm̄ xp̄m cū post resurrectionẽ a mortuis ascendisset in cęluz dedisse sp̄m sanctū: quo credẽtes ipleti linguis oium gẽtiū loquebanꝭ. Intãtū aūt donū dei est: inquãtuz datur eis: qui ꝑ euz diligunt deū. Apud se autẽ deus est: apud nos antẽ donū est: sꝫ sempiterne spūs sanctus donū est: distribuẽs singulis grãruz dona pro vt vult. Nã ꝛ ꝓphetias qbus vult ipartit: ꝛ peccata qbus vult dimittit. Nã peccata sine spū sancto nõ donanꝭ. Spūs sanct⁹ idẽ proprie charitas nuncupaꝭ: vel q2 nãliter eos a qbus ꝓcedit ꝯiungit: ꝛ se vnuz cuz eis eē ostendit: vel q2 in nobis id agit: vt in deo maneamus: ꝛ ipse in nobis. Uñ ꝛ in donis dei nihil maius est charitate: ꝛ nullū maius est donuz dei q̄ spūs sanctus. Ipse est ꝛ gratia: quę q2 nõ meritis nostris sed volũtate diuina gratis daꝭ: idẽ gratia nūcupaꝭ. Sicut aūt vnicuz dei verbuz ꝓprie vocam⁹ noīe sapiẽtię: cuz sit vniuersaliter ꝛ spūs sanctus ꝛ pater ipse sapiẽtia: ita spūs sanct⁹ ꝓprie nuncupaꝭ vocabulo charitatis: cum sit pater ꝛ fili⁹ vniuersaliꝭ charitas. Spūs sanctus digitus dei esse in libris euangelioruz aptissime declaraꝭ. Cū eni vnus euãgelista dixisset: in digito dei eycio demonia. alius B idez ita dixit. In spū dei eycio demonia. vñ ꝛ digito dei scripta lex est data die qnq̄gesimo ab occisione agni: ꝛ die qnq̄gesimo a passione dn̄i venit spūs sanctus. Iõ autẽ digitus dei dr̄: vt eius oꝑatoria virtus cū p̄re ꝛ filio significeꝭ. vñ ꝛ Paulus ait: Hęc autez oia oꝑaꝭ vnus atq idez spūs diuidẽs singulis ꝓut vult. Sicut autẽ ꝑ baptismū in xp̄o morimur: ꝛ renascimur: ita spiritu signamur: qd̄ ē digit⁹ dei ꝛ speciale signaculuz. Spiritus sanctus iccirco in colūbę specie venisse scribiꝭ: vt nã eius ꝑ auẽ simplicitatis ꝛ innocentię declareꝭ. vnde ꝛ dn̄s: Estote ingt simplices sicut colūbę. Hęc eniz auis corpaliꝭ ipso felle caret: habẽs tm̄ inocẽtiã ꝛ amorẽ. Spūs sanctus idẽ noīe ignis appellaꝭ: ꝓpter hoc ꝙ i actib⁹ ap̄loꝝ ꝑ diuisionẽ linguarū vt ignis apparuit qui ꝛ isedit sup vnūquẽq eoꝝ. Propterea aūt diuersarū linguarū gratiã ap̄lis dedit: vt idonei efficerenꝭ fideliū eruditione ꝓp̄loꝝ. Q2 vo supra singulos sedisse memoraꝭ: id causę est: vt itelligaꝭ per plures nõ fuisse diuisus: sꝫ mãsisse in singulis totus. sicut fere ignibus mos est. Hãc eni naturã hꝫ ignis accẽsus: vt quãti ad eū: quãti ad crinẽ purpurei splẽdoris aspexerint: tantis visuz suę lucis impꝫtiat. tantis ministeriuz sui muneris tribuat. ꝛ ipse nihilominus in sua itegritate ꝑmaneat. Spūs sanctus noie aquę appellaꝭ in euãgelio: dn̄o clamante ꝛ dicente: Siqs sitit veniat ad me ꝛ bibat: Qui credit i me flumina aquę viuę fluent de vẽtre eius. Euãgelista aūt exposuit vñ diceret. Secut⁹ eni ait: Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accepturi erãt credẽtes in eū: sed aliud est aqua sacri aliud aqua quę significat sp̄m dei. Aqua eni sacramẽti visibilis est. aqua spūs sancti iuisibilis est. Ista abluit corpus ꝛ significat qd̄ fit in aia. per illū aūt sp̄m sanctū ipsa aia mũdatur ꝛ saginaꝭ. Spūs sanctus ideo vnctio dr̄: Joãne ap̄lo testãte: Q2 sicut oleū nãli põdere supferꝭ omni liquori. ita in ꝑ̄ncipio superferebaꝭ spiritus sanctus aquis. Uñ ꝛ dn̄s: oleo exultationis: hoc ē spiritu scõ: legiꝭ fuisse vnctus. Sꝫ ꝛ Joãnes apostolus sp̄m sanctū vnctionẽ vocat dicẽs. Et vos ingt vnctiõez quã accepistis ab eo ꝑmaneat i vobis: ꝛ non necesse hẽtis vt aliqs doceat vos: sꝫ sic vnctio eius docet vos de omni re. Ipse enim spūs sanct⁹: vnctio est inuisibilis.

¶ De eadem trinitate. Cap. IIII.

Trinitas appellaꝭ ꝙ fiat totum vnū ex quibusdã trib⁹: quasi triunitas: vt memoria: intelligẽtia: ꝛ volũtas: in qb⁹ mens habet in se quandã imaginẽ diuinę trinitatis. Nã dum tria sint: vnū sunt: quia ꝛ singła in se manẽt: ꝛ omnia in omnib⁹. Pater igiꝭ ꝛ filius ꝛ spiritus sanct⁹ ꝛ trinitas ꝛ vnitas. Idẽ eni vnū: idez ꝛ tria. In natura vnū: in personis tria. Unū ꝓpter maiestatis cõionẽ: tria ꝓpter ꝑsonaꝝ ꝓprietatẽ. Naz alius pater alius fili⁹: alius spirit⁹ sanct⁹: sꝫ alius quidẽ nõ aliud: qa pariter simplex: pariterq incõmutabile bonū ꝛ coęternuz. Pater solus nõ est de alio. iõ solus appellaꝭ igenit⁹. Fili⁹ solus de patre est natus: iõ solus diciꝭ genit⁹. Spūs sanct⁹ solus de patre ꝛ filio ꝓcedit: ideo solus amboꝝ nuncupatur spirit⁹. In hac trinitate: alia sunt appellatiua nomina: alia ꝓp̄ria sunt. Propria sunt essentialia: vt de⁹: dn̄s: oīpotens: incõmutabilis imortalis. Et inde ꝓp̄ria: qa ipsam substãtiã significant: qua vnū sunt. Appellatiua vero pater ꝛ fil⁹ ꝛ spiritus sanctus: ingenitus ꝛ genit⁹: ꝛ ꝓcedens. Eadez ꝛ relatiua qa ad seinuicẽ referunꝭ. Cum eniz deus diciꝭ: essentia ē: qa ad seipsuz diciꝭ. Cū vero diciꝭ pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūs sanct⁹: relatiue dicunꝭ: q2 ad seinuicẽ referūꝭ. Nã p̄r nõ ad seipsuz sꝫ ad filiū relatiue diciꝭ: q2 est ei filius: sic ꝛ fili⁹ relatiue diciꝭ: q2 est ei pater: sic ꝛ spūs sanct⁹: q2 est patris filiȷq spūs. His enim appellationib⁹ hoc significaꝭ ꝙ ad seinuicẽ referunꝭ: nõ ipsa substantia qua vnū sunt. Proinde trinitas i relatiuis ꝑsonaꝝ nominibus est. Deitas nõ triplicaꝭ: sꝫ in singularitate est: q2 si triplicaꝭ: deoꝝ inducimus pluralitatez. Nomen aūt deoꝝ in angelis ꝛ sanctis hominib⁹. ideo pluraliter diciꝭ: ꝑꝑ ꝙ nõ sint merito ęq̄les. De qbus psalmus: ego dixi dȷ estis. De patre autez ꝛ filio ꝛ spiritu sancto ꝓpter vnã ꝛ ęqualẽ diuinitatẽ: nõ nomẽ deoꝝ: sꝫ dei esse ostẽdiꝭ: sicut ait ap̄ls. Nob tamẽ vn⁹ deus: vel sicut voce diuina diciꝭ. Audi isrł dn̄s deus tuus de⁹ vn⁹ est. s. vt ꝛ trinitas sit: ꝛ vn⁹ dn̄s deus sit. Fides apud grecos de trinitate hoc mõ est vna vsia: ac si dicaꝭ vna nã aut vna essentia. Tres hypostases: quod resonat in latinū: vel tres ꝑsonas: vel tres substantias. Nã latinitas ꝓprie nõ dicit de deo nisi essentiam: substãtiaz vero nõ ꝓprie dicit sꝫ abusiue: qm̄ vere substantia apud gręcos ꝑsona itelligiꝭ: nõ natura.

¶ De angelis. Cap. V.

Angeli gręce vocanꝭ: hebraice malaoth: latine vero nūcȷ interpretãtur: ab eo ꝙ domini voluntatẽ populis nunciant. Angeloruz aūt vocabulū: officȷ nomẽ est non naturę: semꝑ eniz spūs sunt: sꝫ cum mittunꝭ vocantur angeli. Quib⁹ ideo pictoꝝ licẽtia pẽnas facit: vt celerẽ eoꝝ in cūcta discursū significet: sicut ꝛ iuxta fabulas poetaꝝ: venti pẽnas habere dicūtur: propter velocitatez scilicet. Unde scriptura sacra dicit: qui ambulat sup pẽnas ventoꝝ. Nouem autẽ ordines esse ãgeloꝝ: sacrę scripturę testãtur: id est angeli: archãgeli: throni: dn̄ationes virtutes: principat⁹: potestates: cherubin ꝛ seraphin. Quorum officioꝝ vocabula: cur ita dicta sint: interpretando exequimur. Angeli vocantur propter ꝙ de cęlis ad annūciandum hominibus mittūtur. Angelus enim gręce: latine nuncius dicitur. Archangeli gręca lingua: latina summi nūcȷ interpretãtur. Qui enim parua vel minima annūciant angeli: q vero summa: archãgeli nūcupantur. Archãgeli dicti: eo ꝙ primatū teneãt iter angelos. Archos enim gręce: latine ꝑ̄nceps interpretaꝭ. Sūt eni duces ꝛ ꝑ̄ncipes: sub quoꝝ ordie vniuscuiusq angeloꝝ officia deputata sunt. Nam q2 archãgeli angelis presunt: zacharias ꝓpheta testatur dicens. Et ecce angelus qui loq̄baꝭ in me egrediebaꝭ: ꝛ alius angelus egrediebatur in occursum eius: ꝛ dixit ad eū: curre ꝛ loquere ad pueꝝ istum dicẽs: absq muro habitabiꝭ irłm. Si enim in ipsis officȷs angelorum: nequaq̄ potestates superiores inferiores disponerẽt: nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognouisset. Quidã aūt archãgeloꝝ priuatis nominibus appellantur: vt per vocabula ipsa in opere suo qd valeant designetur. Michael hebraice in linguã nostram vertitur: quis vt deus. Quando enim aliqd in mūdo mire virtutis fit: hic archãgelus mittiꝭ. Et ex ipso opere nomẽ est eius: q2 nemo valꝫ facere qd̄ facere preualet de⁹. Gabriel interpretaꝭ fortitudo dei. Ubi enim potentia diuina vel fortitudo mãifestatur: gabriel mittiꝭ. Unde ꝛ eo tẽpore quo erat dominus nascitur⁹ ꝛ triumphaturus de mūdo: gabriel mittiꝭ ad mariã: vt illum annūciaret: qui ad debellandas aereas potestates humilis venire dignatus est. Raphael interpretaꝭ curatio: vel medicina dei. Ubicunq enim curãdi ꝛ medẽdi opus necessariū est: hic archãgelus a deo mittitur: ꝛ inde medicina dei vocatur. Uñ ꝛ ad tobiã idem archangelus missus oculis ei⁹ curationem adhibuit: ꝛ cęcitate detersa visum ei restituit. Nominis eni interpretatiõe ꝛ angeli officiū designaꝭ. Uriel iterpretaꝭ ignis dei: sicut legimus apparuisse ignẽ in rubo. Legimus etiaz ignẽ missum desuper ꝛ implesse qd̄ pręceptū est. Throni autez ꝛ dominatiões ꝛ p̄ricipat⁹ ꝛ potestates ꝛ v̄tutes: qb⁹ vniuersã cęlestẽ societatem apostolus complectiꝭ: ordines angeloꝝ ꝛ dignitates intelligunꝭ: ꝛ ꝓ hac ipsa distributiõe officioruz aliȷ throni: aliȷ dn̄ationes: aliȷ ꝑ̄ncipat⁹: aliȷ potestates dicūtur: pro certis dignitatib⁹: quib⁹ inuicẽ distinguunꝭ. Uirtutes angelicę qdã ministeria ꝑhibenꝭ: ꝑ q̄ signa ꝛ miracła in mūdo fiūt: ꝓpter qd̄ ꝛ virtutes dicūꝭ. Potestates sunt qb⁹ virtutes aduersę subiectę sunt: ꝛ inde potestatū noie nūcupanꝭ: q2 maligni spūs eoꝝ potestate coerceꝭ: ne tantū mundo noceãt quãtū cupiūt. Pricipat⁹ sunt hi q angłoꝝ agminib⁹ ꝑ̄sūt. Qui ꝓ eo ꝙ subditos ãgelos ad explẽdū ministeriū diuinū disponūt: ꝑ̄ncipat⁹ vocabulū acceperūt. Nã aliȷ sunt q administrãt: aliȷ qui assistūt: sicut ꝑ Danielẽ dicitur. Milia milium ministrabant ei: ꝛ decies milies centena milia assistebãt ei. Dn̄atiões sunt hi: q etiã virtutib⁹ ꝛ ꝑ̄ncipatib⁹ ꝑ̄eminent: q ꝓ eo ꝙ cęteris angeloꝝ agminib⁹ dn̄antur: dn̄atiões vocãꭍ. Throni sūt agmina angłoꝝ q latio eloquio sedes dr̄: ꝛ vocati thrõi: q2 illis ꝯditor ꝑ̄sidet ꝛ ꝑ eos iudicia sua disponit. Cherubin aūt ꝛ ipsi sublimes cęloꝝ potestates: ꝛ angłica misteria ꝑhibẽꭍ: q ex hebręo i linguã nr̃az iterpretãꭍ scię m̃ltitudo. Sūt aūt sublimiora agmina ãgeloꝝ: q ꝓ eo ꝙ vicini⁹ positi: diuina scia cęteris ampli⁹ pleni sūt: cherubin plẽitudo scię appellãꭍ. Ipsa sūt duo illa aialia supra ꝓpitiatoriū archę ficta ex metallo ꝑꝑ significãdã angłoꝝ ꝑ̄sentiã: i quoꝝ medio dn̄diꭍ de⁹. Seraphin quoq similiter m̃ltitudo ẽ angeloꝝ: q ex hebręo i latinū ardentes vel icendẽtes iterpretanꭍ. Qui iccirco ardẽtes vocãꭍ: q2 inter eos ꝛ deū nulli aliȷ angeli ꝯsistūt: ꝛ iõ quãto vicini⁹ corã deo ꝯsistūt tãto magis claritate diui luminis iflãmanꭍ. Uñ ꝛ ipsi velãt faciẽ ꝛ pedes sedẽtis i throno dei: ꝛ iccirco cętera ãgeloꝝ turba videre dei eẽntiã plene nõ valet: qm̄ seraphin eã tegit. Hęc igiꭍ vocabula agminū ãgeloꝝ: ita sūt specialia ordinū singłoꝝ: vt tñ sint ex ꝑte cõia oiūz. Naz dum throni sedes dei i quorūdã ãgeloꝝ ordine spãliter designẽtur: tñ ꝑ psalmistã: q sedes sup cherubi: diciꭍ. Sed ideo isti ordines angeloꝝ priuatis noibus appellanꭍ: q2 hoc ipsum officiū in ꝓprio ordine plenius acceperūt. Et cum sint omnibus cõia: ꝓprie tñ hęc nomina suis ordinibus deputanꭍ.

Unicuiq; etiā sicut prędictū ē: ꝓpria officia sūt iniūcta: quę eos ꝓmeruisse i mūdi cōstat exordio. Naȝ q2 angeli ⁊ locis ⁊ hominib⁹ pręsunt: ꝑ ꝓphetā testatur āgelus dicēs. Princeps regni ꝑsaꝝ restitit mihi. Uñ apparet: nullū esse locuȝ cui āgeli nō pręsint. Presunt eni ⁊ auspicijs opeꝝ oiuȝ. Hic est ordo vel distinctio āgeloꝝ: qui post lapsum maloꝝ i cęlesti vigore steterūt. Nā postq̄ȝ apostatę angeli ceciderūt: hi i perseuerātia ęternę beatitudinis solidati sūt. Uñ ⁊ post cęli creatōeȝ i pricipio repetit̄. Fiat firmamētum: ⁊ vocatuȝ est firmamētū cęlū: nimiꝝ ostēdēs ꝙ post ruinaȝ angeloꝝ maloꝝ: hi qui ꝑmāserūt: firmitatē eternę perseuerātię cōsecuti sūt: nullo iā lapsu auersi: nulla supbia cadētes: sȝ firmiter mūdi amore ⁊ cōtēplatōe manētes: nihil aliud dulce habēt: nisi eū a quo creati sūt. Q2 aūt duo seraphi i Esaia legūtur: figuraliter veteris ⁊ noui testamēti significatōeȝ ostendūt. Faciē vero ⁊ pedes operiūt dei: q2 ꝑterita āte mūduȝ: ⁊ futura post mūdū scire nō possumus: sȝ media tm̄ eoꝝ testimōio cōtemplamur. Singuli senas alas habēt: q2 fabricā tm̄ mūdi: quę i sex dieb⁹ facta est: i pręsenti sęculo nouim⁹. Q2 clamāt ter sanctus: alter ad alterū: trinitatis in vna diuinitate demōstrat mysterium.

¶ De hoib⁹ q quodā ꝑsagio nomē acceperūt. Cap. VI.

PLerīq; ꝑmoꝝ hoium ex ꝓprijs causis originem nominū habēt. Quib⁹ ita ꝓphetice idita sūt vocabula: vt aut futuris: aut pręcedētibus eoꝝ causis cōueniāt. In quib⁹ tamen manēte speciali sacramēto nūc tm̄ ad litteram itellectū historię ꝓsequimur. Ubi aūt etymologię iterpretatiōeȝ nō attingim⁹: solam ipsaȝ etymologiā i latinū ponimus. Q2 aūt vnū nomē hebraicū: aliter atq; aliter iterpretat̄: hoc f̄m accētuū ⁊ litteraꝝ euēit diuersitatē: vt i varijs significatiōib⁹ noia computēt̄. Adā sic beat⁹ Hierōym⁹ tradit hō terren⁹ siue terra rubra iterpretat̄. Ex terra eni facta est caro: ⁊ humus hoiē faciēdi materies fuit. Eua iterpretat̄ vita: siue calamitas siue ve: vita q2 origo fuit nascēdi: calamitas ⁊ ve: q2 ꝑ ꝑuaricationē causa extitit moriēdi. A cadēdo eni nomē sumpsit calamitas. Alij aūt dicūt ob hoc etiam vita ⁊ calamitas appellatā: q2 sępe mulier viro causa salutis est: sępe calamitatis ⁊ mōtis origo: qđ est ve. Cain possessio iterpretat̄: vñ etymologiā ipsius exprimēs pater eius ait: Cain. i. possedi hominē ꝑ deuȝ. Idē ⁊ lamētatio: eo ꝙ ꝑ iterfecto abel iterfectus sit: ⁊ pęnā sui sceleris dederit. Abel luctus iterpretat̄: quo noie ꝑfigurabat̄ occidēdus. Idem ⁊ vanitas: q2 cito solutus ē atq; subtractus. Seth iterpretat̄ resurrectio: eo ꝙ post fratris iterfectōeȝ natus sit: quasi resurrectōeȝ fratris ex mortuis suscitaret. Idē ⁊ positio: q2 posuit eū de⁹ ꝓ abel. Enos iuxta ꝓprię ligue varietatē: homo v̄l vir dicit̄. Et cōgrue hoc vocabulū habuit. De eo eni scriptū est. Tūc enim initiū fuit vocādi nomē dñi: licȝ plerīq; hebręoꝝ arbitrēt̄ ꝙ tūc primū i noie dñi ⁊ similitudie eius fabricata sūt idolā. Enoch: dedicatio. In ipsius eni noie ciuitatē postea ędificauit Cain. Cainan: lamētatio vel possessio eoꝝ: sicut eniȝ cain possessio: ita d̄riuatiuū nomē qđ ē cainā facit possessio eoꝝ. Matusalā iterpretat̄ mortuus est. Euidens etymologia nois: qdā eni eū cū p̄re trāslatū fuisse ⁊ diluuiū pręterisse putauerūt. Ob hoc signāter trāssert̄: mortuus ē: vt ostēderet̄ nō vixisse eū post diluuiū. sȝ ieodē cataclysmo fuisse defunctū. Soli .n. octo hoies i archa euaserūt diluuiū. Lamech: ꝑcutiēs. Iste .n. ꝑcussit ⁊ iterfecit cain. Qđ ēt ipse postea ꝑpetrasse vxorib⁹ cōfitet̄. Noe reqes iterptat̄: ꝓ eo ꝙ sub illo oia retro opa qeuerūt ꝑ diluuiuȝ. Uñ ⁊ pater eius vocās nomē ei⁹ noe dixit. Iste regescere nos faciet ab omnibus opibus nr̄is. Sem dr̄ noiatus: eo ꝙ nomē ex posteritatis ꝑsagio accepit. Ex ipso eni p̄triarchę ⁊ ꝓphetę ⁊ ap̄li ⁊ pp̄li dei. Ex eius quoq; stirpe ⁊ xp̄s: cuius ab ortu solis vsq; ad occasuȝ magnū est nomē i gētibus. Chaȝ: calidus: q2 ip̄e ex ꝑsagio futuri cognoiatus ē. Posteritas eni eius eā terrę partē possedit: q̄ vicino sole calētior ē. Uñ egyptus vsq; hōdie ęgyptiorum lingua cham dicitur. Iaphet: latitudo. Ex eo enim pp̄ls gētiū nascit̄: ⁊ q2 lata ē ex gētibus multitudo credētiū ab eadē latitudine iafeth dictus ē. Chanaan fili⁹ chaȝ iterpretat̄ motus eoꝝ. Qđ qd ē aliud nisi opus eoꝝ? Pro motu eni p̄ris. i. ꝓ ope ei⁹ maledict⁹ ē. Arfaxat: sanās depopulationē. Chus hebraice ęthiops iterptat̄: a posteritate sui generis nomē sortit⁹. Ab ip̄o eni sūt ꝓpagati ęthiopes. Nembroth iterptat̄ tyrān⁹. Iste eni ꝑor arripuit isuetam i pp̄los tyrānidē: ⁊ ipse aggressus ē aduersus deuȝ ipietatis ędificare turrē. Heber: trāsitus. Ethymologia ei⁹ mystica est: ꝙ ab ei⁹ stirpe trāsiret de⁹: nec ꝑseueraret i eis: trāslata i gētibus gr̄a. Ex ipso eni sūt exorti hebręi. Falech: diuisio: cui p̄r ꝓpterea tale nomē iposuit: q2 tunc natus ē qñ ꝑ liguas terra diuisa ē. Thara. exploratio ascēsiōis. Melchisedech: rex iustus rex: q2 ipse postea imparuit salē: iustus: ꝓ eo ꝙ discernēs sacra legis ⁊ euāgelij: nō pecudū victimas: sed oblationē panis ⁊ calicis i sacrificium obtulit. Loth: declinās. Factis eni sodomoꝝ nō ꝯsensit: sed eoꝝ illicita carnis icēdia declinauit. Moab: ex p̄re: totū nomē etymologiam hȝ. Cōcepit eni eū ꝑmogēita filia de p̄re. Ammō cuius causa nomen reddit̄: filius pp̄li mei: sic deriuat̄ vt ex parte sensus nois: ex p̄te ipse sit f̄mo. Ammi eni: a quo dicti sūt ammonite: vocat̄ pp̄ls me⁹. Sarai iterpretat̄ p̄nceps mea: eo ꝙ eē vnius tātūmō domus mr̄familias. Postea causa nominis imutata: ablata de fine i l̄ra dicit̄ sara. i. p̄nceps. Omniū q̄ppe gētiū futura p̄nceps erat: sic̄ ⁊ dñs pollicit⁹ fuerat abrahā: Dabo tibi ex sara filiū: ⁊ bñdicā ei: ⁊ erit i gētes: sȝ ⁊ reges pp̄loꝝ erūt ex eo. Agar: aduena vel ꝯuersa. Fuit eniȝ ęgyptia cōplexui abrahę aduēa causa generādi data q̄ post cōtēptū angelo icrepāte ꝯuersa ē ad sarā. Cethura: thymiama iterpretat̄. Ismahel: iterptat̄ auditio dei: sic eni scriptū ē. Et vocauit nomē ei⁹ ismahel: q2 exaudiuit eū deus. Esau trinomius ē: ⁊ ex ꝓprijs causis varie nuncupat̄. Dicit̄ enim esau. i. rufus: ob coctionē. s. rufe lētis: ita appellatus: cuius edulio ꝑmogēita ꝑdidit. Edom aūt ob ruborē corpis dict⁹ est: qđ latie sanguineus dicit̄. Seir v̄o: ꝙ fuerit hispidus ⁊ pilosus: qñ eni natus ē: totus sic̄ pell' pilosus erat: atq; idem tribus noibus appellat̄. Esau. i. rufus. Edom. i. sanguine⁹. Seir. i. pilosus: q2 nō habuit lenitatē. Rebecca: patiētia: siue q̄ multū accepit. Lia: laboriosa vtiq; generando. Plurimos eni dolores q̄ȝ rachel fęcūditate pariēdi expta ē. Rachel iterptat̄ ouis: ꝓ ea .n. iacob pauit oues laban. Zelpha. os hiās. Bala: iueterata. Dina trāssert̄ i cāȝ. Iurgij eniȝ in sichimis causa extitit. Thamar: amaritudo pro viris mortuis. Eadē ⁊ cōmutās. Mutauit eni se i habitū meretricis qñ cuȝ socero suo ꝯcubuit. Phares: diuisio: ab eo ꝙ diuiserit mēbranulā secundaꝝ: diuersoris. i. phares sortit⁹ ē nomen. Uñ ⁊ pharisęi q se q̄si iustos a pp̄lo separabāt diuisi appellabāt̄: çara frater ei⁹ in cui⁹ manu erat coccinū: interpretat̄ oriēs: siue q2 ꝑmus apparuit: siue q2 plurimi ex eo iusti nati sūt: vt i libro paralypomenō ꝯtinet̄: çara. i. oriēs appellatus ē. Iob: i latinū vertit̄ dolēs: ⁊ recte dolēs ꝓꝑ ꝑcussionē carnis ⁊ passiōes doloꝝ. Calamitates eniȝ suas nois etymologia ꝑfigurauit. Pharao nomen ē nō hois sȝ honoris sicut ⁊ apud nos augusti appellāt̄ reges: cū ꝓprijs noib⁹ cēseāntur. Exprimit̄ aūt i latinū pharao: denegās eū: vtiq; deuȝ: siue dissipator ei⁹. Pp̄li eni dei fuit afflictor. Iamnes: marin⁹. siue vbi ē signū eius. Cessit eni ⁊ deficit signū ei⁹ corā signis moysi: vñ ⁊ dixerūt magi. Hic digit⁹ dei ē. Mambres: mare pellitiū: siue mare i capite. Moyses deniq; iterptat̄ sumptus ex aqua. Inuenit eni eū ad ripā flumis expositū filia pharaonis: quē colligēs adoptauit sibi: vocauitq; nomē ei⁹ moyses: eo ꝙ de aqua sumpsisset eū. Aarō: mōs fortitudis: interpretat̄: ꝓpter ꝙ thuribulū accipiēs in medio supstitit ⁊ interemptoꝝ obuiā stetit: ⁊ ruinā mortis quasi qdā mōs fortis exclusit. Eleaçar: dei adiutoriū. Balach: pręcipitans siue deuorans. Balaaȝ: van⁹ pp̄ls. Finees: ori parcēs: transfixit eni pugione çambri cū scorto madianitide: ⁊ dñi furoreȝ placauit vt parceret: çambri: stella lacessiēs vel amaricās. Proprie eni nomē ab amaritudine vocatū: ꝙ peccādo amaricauerit pp̄lm. Raab: latitudo vel fames siue ipetus. Iosue iterpretat̄ saluator. Ipse. n. i figura xp̄i pp̄lȝ a deserto saluauit: ⁊ i terrā repromissionis induxit. Caleph: q̄si cor aut canis. Hothoniel: tp̄s eius deus vel r̄nsio dei. Aoth: gloriosus. Barach: fulgurans. Delbora: apis vel loquax. Apis: ꝙ fuit ad bellū ꝓmptissima: dimicās aduersus sisarā: quo pempto cecinit canticū ide loq̄x. Iachel: ascēsio. Gedeō: experimētū iniq̄tatis eoꝝ. Frequētib⁹ eni documētis iformatus est quasi pręsagio contra hostes futurā victoriā expedire: ex quo futuro experimēto etymologiā nois sūpsit. Abimelech: pater me⁹ rex. Thola: v̄miculus: vel coccinū. Iair: illuminās. Iepte: aperiēs vel apert⁹. Esebon: cogitatio siue vinculū męroris. Abdo: fu⁹ eius. Samson: sol eoꝝ vel solis fortitudo. Fuit eni v̄tute clar⁹ ⁊ liberauit isrl' de hostib⁹ earūȝ. Dalida: paupcula vel situla. Booz i fortitudine: siue in quo robur. Noemi: quā iterpretari possumus ꝯsolatā: eo ꝙ marito ⁊ liberis pegre mortuis: nuꝝ moabitidē i ꝯsolatiōe sua tenuit. Ruth iterptat̄ festinās. Alienigena eni erat ex pp̄lo gētili: quę relicta p̄ria festinauit trāsire in terrā isrl': dicēs socrui sue: Quocūq; prexeris ꝑgam. Anna: gr̄a eius iterpretat̄: q2 dū eēt ꝑus steril' natura: postremo dei gr̄a fęcūda ē. Heli: de⁹ meus. Ofni. discalciatus. Filius eni fuit heli elect⁹ i ministeriuȝ sacerdotis: cuius amissionē suo expssit vocabulo. Ap̄ls eni ait: Calciati pedes i pręparationē euāgelij pacis. Et ꝓpha: Q̄ȝ speciosi pedes q ānūciāt pacē. Iste ḡ discalciat⁹ interptat̄: vt ei⁹ noie veteris testamēti sacerdotiū a veteri pp̄lo significaret̄ ablatū. Finees frater ofni: os mutū iterptat̄: quo significat̄ sacerdotij veteris ⁊ doctrię silētiū. Samuel: nomē eius de⁹. Iesse: i. sole sacrificiuȝ vel icensuȝ. Saul: petitio iterptat̄. Notū ē eni quō hebręorum pp̄lus sibi regē petierit: ⁊ accepit nomē: nō f̄m deū: sȝ f̄m suā volūtatē. Dauid: fortis manu interptat̄: q2 fortissim⁹ in prelijs fuit. Ipse ⁊ desiderabil' i stirpe. s. sua: de quo dixerat ꝓpha. Ueiet desiderat⁹ cūctis gentib⁹. Salomō trib⁹ noibus fuisse ꝓhibet̄. Primū vocabulū ei⁹ salomō dicit̄. i. pacific⁹: eo ꝙ i regno eius pax fuerit. Secundū nomē idida: eo ꝙ fuerit dilect⁹ ⁊ amabil' dño. Tertium vocabulū ei⁹ coeleth: qđ gręce appellat̄ ecclesiastes: latie ꝯciōator: ꝙ ad populū loqueret̄. Ionathan: colūbę donū. Absalō: p̄ris pax ꝑ antiphrasin: eo ꝙ bellū aduersus patrē gessisȝ: siue ꝙ i ip̄o bello dauid placatus fuisse legit̄ filio: adeo vt ēt magna cū dolore extinctū plāgeret. Roboā: latitudo pp̄li: ⁊ ipsum ꝑ antiphrasin ꝙ decē tribub⁹ ab eo sepatis: duę tm̄ ei relictę sūt. Abia: p̄r dñs: vel p̄r fuit. Asa: tollēs siue sustollēs. Iosaphat: dñi iudiciū. Iorā: q est excelsus. Ochoçias: apphēdēs dominū. Athalia: tp̄s dñi. Ioab: spirās: vel dñi robur. Amasias: pp̄lȝ tollēs: Oçias: fortitudo dñi. Açarias: auxiliū dñi. Oçias aūt ipse ē q ⁊ açarias duplici noie. Ipse ē q illicitū sibi sacerdotiū vendicare conatus: lepra in frōte ꝑcussus est. Ioathan: ē ꝑfectus. Pulchrā etymologiā nois hȝ. Fecit. n. rectum in conspectu dñi: ⁊ portā tēpli ędificauit excelsam. Achaç: apphēdēs. Eçechias: fortis dñs. Manasses: obliuiosus. Per multa eni scelera ⁊ sacrilegia reliq̄rat ⁊ oblit⁹ fuerat dñi: siue ꝙ oblitus deus pctōꝝ illius. Amon: fidelis vel honestus. iosias: vbi ē incēsuȝ dñi. Propria etymologia nominis. Iste ē eniȝ q simulacra cōbussit. Ioachaç: robustus. Ioachim: vbi ē ꝑparatio. Eliachim: dei resurrectio. Iechonias ꝑparatio dñi. Sedechias: iust⁹ dñi. Hieroboaȝ: iudicatio dñi siue causa pp̄li: vel vt qdā aiūt diuisio iterptat̄: pro eo ꝙ in regno eius diuisus sit populus israel: ⁊ pręcisus a regno stirpis dauid. Diuisionis eniȝ populi causa iste extitit. çambri: psalmus: vel canticum meum vel hymnū. Amri: crispās me⁹. Achab: frater p̄ris. Ieçabel: fluxus sanguis v̄l fluēs sanguine: sȝ melius: vbi ē sterquilinū. Pręcipitata eni deorsuȝ: comederūt carnes eius canes: sicut pędixerat helias. Et erūt inq̄t carnes ieçabel sicut stercus sup faciēȝ terrę. Ochoçias: apphēdēs deū. Iehu: ipse v̄o ē. Ioathan robustus. Sella: vmbra eius vel petitio. Manaen ꝯsolās. Phaceas: aperiēs. Nabuchodonosor: ꝓphetia lagūculę āgustę: siue ꝓphetās istiusmodi signū pro somnio. s. futuroꝝ qđ vidisse narrat̄ ⁊ daniel iterptat⁹ est: siue sessio i agnitōe angustię ꝓ his q in captiuitatē ab eo ducti sunt. çorobabel apud hebreos: ex tribus itegris noibus tradit̄ eē cōposit⁹. ço: iste: ro magister: babel ꝓprie babyloniū sonat: ⁊ efficit̄ nomen çorobabel: iste magister de babylōe. In babylone eniȝ ort⁹ est: vbi ⁊ p̄nceps gentis indeę extitit.

¶ De patriarchis. Cap. VII.

QUorūdā patriarchaꝝ etymologię notandę sunt: vt sciamus qd i suo vocabulo resonēt. Nā plerīq; eoruȝ ex causis ꝓprijs noia acceperūt. Patriarcha iterptat̄ patꝝ princeps. Archos eni gręce p̄nceps ē. Abrā ꝑmū vocatus ē: p̄r videns pp̄lȝ ꝓꝑ israhelitas. s. tm̄: postea appellatus ē abrahā: qđ trāssert̄ p̄r multaꝝ gētiū: qđ erat adhuc ꝑ fidē futuꝝ. Gētiū aūt nō habet̄ i noie: sȝ subaudit̄: iuxta illud. Erit nomē tuū abrahā: q2 patrē multaꝝ gētiū posui te. Isaac: ex risu nomē accepit. Risit eni p̄r qñ ei ꝓmissus ē: admiratus in gaudio. Risit ⁊ mater qñ ꝑ illos tres viros ꝓmissus est: dubitās in gaudio. Ex hac ḡ causa nomē accepit. Isaac: iterptat̄ eni risus. Sciēdū aūt ꝙ q̄ttuor i veteri testamēto absq; vllo velamine noib⁹ suis anteq̄ȝ nascerēt̄ vocati sūt. ismahel. isaac. salomon ⁊ iosias. Lege scripturas. iacob: supplantator interptat̄: siue ꝙ lotu plantā nascētis fratris apphēderit: siue ꝙ postea fratrē arte decepit: vñ ⁊ esau dixit. Iuste vocatū ē nomē ei⁹ iacob: supplātauit .n. me ecce secūdo. Israhel: vir vidēs deū. Tūc eni hoc nomē accepit quando tota nocte luctatus vicit in certamine angelū: ⁊ oriēte lucifero benedictus. est. inde ꝓꝑ visionē dei: isrl' appellatus ē: sicut ⁊ ipse ait. Uidi dominum facie ad faciē ⁊ salua facta ē aīa mea. Ruben: interpretat̄ visionis filius siue videns filiū. Sic eniȝ quando eū pepit lia: vocauit nomen eius ruben: dicēs: q2 vidit de⁹ humilitatē meaȝ. Symeon interpretat̄ auditio dei. Sic eniȝ dixit lia quando euȝ peperit: q2 exaudiuit me de⁹. Leui: additus. Dixit eniȝ lia: qñ pepit euȝ non ambigens de amore viri. Nūc mecū erit vir me⁹: q2 pepi ei tres filios. Iuda: cōfessio dicit̄. Qñ eniȝ eū pepit lia: laudē dño rettulit dicens. Nūc super hoc ꝯfitebor dño: ⁊ ob id vocatus est iuda. A cōfessione itaq; nomē eius est dictū: qđ ē graꝝ actio. Isachar interpretat̄ ē merces. is q̄ppe dicit̄ ē: achar merces. Hoc āt ideo: q2 mādragoris filij rubē: introitū viri qui racheli debebat̄ ad se emerat lia: vnde ⁊ dum natus ē: dixit lia. Dedit de⁹ mercedē meā. çabulon interptat̄ habitaculū. Sextus eniȝ hunc filiū genuerat lia: ꝓpterea iā secura dixit. Habitabit mecū vir meus. Unde ⁊ fili⁹ eius vocatus ē habitaculuȝ. Neptalim. de cōuersatione siue cōparatōe: causa nominis ei⁹ est: vnde ⁊ dixit rachel: cū euȝ pepisset ancilla ei⁹ bala: Habitare me fecit de⁹ habitatōe cū sorore mea. Dan interpretat̄ iudiciū. Bala eniȝ duȝ eū pepisset: dixit rachel dñā eius. indicauit me dominus ⁊ exaudiēs dedit mihi filiū. Causaȝ nois expressit: vt ab eo ꝙ iudicassȝ dñs: filio ancillę iudicij nomē iponeret. Gad ab euētu siue ꝓcinctu vocat⁹ ē. Quādo eni eū peperit çelfa: dixit dñā eius lia: infortuna. i. qđ dicit̄ in ꝓcinctu vel euentu. Aser: beat⁹ dicitur. Duȝ eni pepisset eū çelfa: dixit lia: Beata ego: ⁊ beatificāt

me mulieres:⁊ ab eo ꝙ beata dicit̄:ex etymologia nomis
beatū vocauit. Joseph ab eo ꝙ sibi alium filiū addi mater
optauerat.vocauit augmētū. Hunc pharao saphaneth ap/
pellauit:qđ hebraice abscōditoꝝ reptorē sonat:ꝑ eo ꝙ ob
scura somnia reuelauit ⁊ sterilitatē prędixit. Tamē:qꝛ hoc
nomē ab egyptio ponit̄:ipsiꝰ linguę debet habere rōnē. In
terꝑtat̄ ġ saphaneth ęgyptio sermone:saluator mūdi:eo ꝙ
orbē terrę ab iminēte famis excidio liberaret. Beniamin
interꝑtat̄ filius dextere:quod est virtutis. Dextera eni ap/
pellat̄ iamin. Mater qppe eius moriēs:vocauerat nomē
eius benoni.i.filius doloris mei. Pater hoc mutauit: filiuꝫ
dextere nominās. Manasses dictus ab eo ꝙ sit pater eius
oblitꝰ laboꝝ suoꝝ. Ita eni hebraice vocat̄ obliuio. Effraiꝫ
eo ꝙ auxerit eū deus:⁊ ex hoc vocabulo in linguā nostram
transfertur augmentum.

De prophetis. Cap. VIII.

Uos gētiles vates appellāt:hos nostri pro
phetas vocāt:qsi prefatores:qꝛ porro fant̄:
⁊ de futuris vera prędicūt. Qui aūt a nobis
ꝓphetę in veteri testamēto videntes appel
labant̄:qꝛ videbāt ea quę ceteri nō videbāt
⁊ ꝓspiciebant ea quę in mysterio abscondi/
ta erant. Hinc est qđ scriptum est in samue/
le. Eamus ad videntē. Hinc Esaias. Uidi inquit dnm sedē
tē super soliū excelsum ⁊ eleuatū. Et ezechiel. Aperti sunt
celi ⁊ vidi visiōes dei. Quorūdā aūt ꝓphetaꝝ etymologię
nominū annotādę sūt. Uocabula eni eoꝝ satis ondūt qđ i
futuris factis dictisq; suis prenūciassent. Helias interꝑtat̄
dns deus. Ex futuri igit̄ pręsagio sic vocat̄. Nā dum alter/
caret̄ in sacrificio cū quadringētis sacerdotibus baal:inuo
cato noīe dni:descēdit de celo ignis sup holocaustū. Qđ cū
vidisset ois ppl's cecidit i faciē suā ⁊ ait. Dominꝰ ipse ē ds.
Ex hac igit̄ cā tale ꝓus nomē accepit:ꝑ eo ꝙ ꝑ eū postea co
gnouerit populus dominū deū. Idē ⁊ fortis dominꝰ inter/
pretat̄:vel propter ꝙ interfecit eosdē sacerdotes:vel ꝓpter
ꝙ achab aduersitatē tolerauit. Heliseus: dni salus interꝑ
tat̄:vocabulū āt ⁊ idem ex futuri pręsagio suscepit. Deniq;
⁊ multas virtutes fecit:⁊ famē pellens:ꝓplm a morte salua
uit. Nathan:dedit siue dantis. Esaias interpretat̄ saluator
dni:⁊ merito. Saluator ē eniꝫ vniuersaꝝ gētiū:eiusq; sacra
mēta āplius q̄ ceteri ꝑdicauit. Hieremias:excelsus dni: ꝑ
eo ꝙ dictū est ei. Ecce constitui te super gētes ⁊ regna. Eze
chiel fortitudo dei. Daniel:iudiciū dei:siue qꝛ i presbytero/
rum iudicio sentētiā diuinę examinatiōis exhibuit: duꝫ re
pta eoꝝ falsitate:susannā ab interitu liberauit:siue ꝙ visio
nes ⁊ somnia quibꝰ ꝑ singula quedaꝫ enigmata:futura mō
strabant̄:sagaci mente discernēs aperuit. Hic ⁊ desiderio/
rum vir appellatus est:qꝛ panē desiderij non manducauit:
⁊ vinū cōcupiscentię non bibit. Osee:saluator aut saluans.
Hū eniꝫ irā dei in ꝓplm isrl ob crimen idolatrię ꝓphetassꝫ:
domui iudę salutē ꝓnūciauit. Propter qđ ezechias rex iu/
da sublatis idol' q̄ pręcedētes reges ꝯsecrauerāt: templum
dni purgasse ac purificasse mōstrat̄. Iohel dominꝰ deꝰ:siue
incipiēs deo vel fuit dei. Hoc eni eiꝰ vocabulū resonat ety
mologia icerta. Amos:ppl's auulsus. Prophetia eniꝫ eiꝰ ad
ꝓplm fuit isrl qꝛ iā auulsus erat a domino: ⁊ aureis vitulis
seruiebat:siue auulsus a regno stirpis dauid. Naū:germen si
ue ꝯsolator. Increpat.n.ciuitatē sanguinū:⁊ post euersionē
illiꝰ consolat̄ syon dicens. Ecce sup mōtes pedes euāgelizā
tis ⁊ annūciantis pacē. Abacuc amplexans:qꝛ vl' ex eo ꝙ
amabilis dno fuit vocat̄ amplexatio: vel ꝙ in certamē cū
deo cōgredit̄:amplexātis.i.luctātis sortitꝰ ē nomē. Nullus
eni taꝫ audaci voce ausus est deū ad disceptationē iusticię
ꝓuocare:cur i rebꝰ humanis ⁊ mūdi istiꝰ tāta reꝝ versaret̄
iniqtas. Micheas:qs hic vel qs iste. Cōminat̄ samarię ob
cāꝫ simulacroꝝ:illo mō de quo heliu dicit̄. Quis ē iste iuol
uēs sentētias. Sophonias speculū vel archanū domini in/
terpretat̄: vtrūq; ad ꝓphaꝫ conuenit. Ipsi.n.sciūt mysteria
dei. Unde ad ezechielē dicit̄. Speculatorē te posui domui
isrl. Et alibi. Nō faciet dns qcq; nisi reuelauerit seruis suis
ꝓphetis. Abdias seruꝰ domini:sicut eni moyses famulus do
mini:⁊ apl's seruꝰ xp̄i:ita iste legatꝰ ad gentes missus: videt ⁊
prędicat q̄ ꝓphetali digna sunt mysterio ⁊ seruitute:inde ser
uus domini. Jonas interꝑtat̄ colūba siue dolēs. Colūba ꝑ
gemitu:qꝛ in vētre ceti triduo fuit. Dolens aūt:vel ꝓpter
tristiciā quā habuit de salute niniuitaꝝ:vel ꝓpter hederaꝫ
subito arescētē:cuiꝰ vmbraculo tegebat̄ contra sol' ardorē.
Ipse ē ⁊ amathi sareptānę viduę filiꝰ:vt iudęi affirmāt: quē
resuscitauit helias:matre postea ad eū dicente. Nūc cogno
ui qm vir dei es tu:⁊ verbū dni in ore tuo veꝝ est:ob hanc
causam ipm amathi vocatū. Amathi eniꝫ ex hebręo in lati
nam linguā veritas dicit̄:⁊ ex eo ꝙ veꝝ helias locutꝰ est.il
le q suscitatꝰ est:filiꝰ nūcupatꝰ est veritatis. Zacharias memo
ria dni. 70. eniꝫ anno desolationis tēpli cōpleto zacharia
ꝑdicante memoratꝰ est dns ꝓpli sui: iussuq; darij reuersus
est dei ppl's:⁊ reędificata ē vrbs ⁊ tēplū. Aggeus: in latinuꝫ
festinꝰ ⁊ letus resonat. Destructū eni tēplū ędificādū ꝓphe
tat:⁊ post luctū captiuitatis:regressiōis leticiā ꝑdicat. Ma
lachias iterꝑtat̄ angelus dni.i.nūciꝰ. Quicqd eniꝫ loqbat̄:
quasi a dno eēnt mandata:ita credebant̄: ⁊ ide ita nomen
eiꝰ. 70. trāstulerūt dicentes. Assumptio vbi dni sup isrl: in
manu āgeli eiꝰ. Esdras:adiutor. Neemias:ꝯsolator a dno.
Quodā eni ꝑsagio futuri:noīa ista sortiti sūt. Fuerūt eni in
adiutoriū ⁊ ꝯsolationē oī illi ꝓplo redeūti ad patriā. Naꝫ ⁊
tēplū dni ydē reędificauerūt:⁊ muroꝝ ac turriū opꝰ ipi re/
staurauerūt. Ananias:gr̄a dei iterꝑtat̄. Idē ⁊ sidrach:ligua
chaldęa:qđ interꝑtat̄ decorꝰ meꝰ. Azarias:auxiliū dni. Idē
⁊ abdenago:qđ in latinū vertit̄:seruiēs taceo. Misael: qui
ppl's dni. Ipse ⁊ misach:qđ iterꝑtat̄ risus vel gaudiū. Azia:
frater meꝰ. Semeia:audiēs dnm. Asaph:congregans. Idi/
thun:trāsiliēs eos:siue saliēs eos. Quosdā eni inherētes hu
mo:curuatos i terrā ⁊ ea q̄ in imo sunt cogitantes.⁊ in rebꝰ
trāseūtibꝰ spem ponētes:trāsilinit canendo iste q vocat̄ trā
siliens. Eman:accipiens: vel formido eoꝝ. Ethan robustꝰ.
Barachia benedictꝰ dni:vel bndictꝰ dns. Olda: districtio
siue diuerticulū. Judith:laudās vel ꝯfitēs dno. Hester:ab/
scōsa. Zacharias:memoria dni:ob hoc qꝛ canit:memoriale
testamēti sui sci. Joānes baptista:dni gr̄a:eo ꝙ sit limes pro
phetię:ꝓnūcius gr̄ę:siue initiuꝫ baptismatis:ꝑ qđ gr̄a mini/
strat̄. Hi sūt ꝓphetę veteris nouiq; testamenti:quoꝝ finis
xp̄s:cui dicit̄ a p̄re. Et ꝓphetā i gētibꝰ posui te. ¶ Prophe
tię aūt genera sunt septē. Primū genꝰ extasis: qđ ē mentis
excessus:sic vidit petrꝰ vas illud sūmissuꝫ de celo i stupore
mētis cū varijs aīalibꝰ. Secūdū genꝰ visio:sic apud Esaiā
dicentē. Uidi dnm sedētē sup soliū excelsuꝫ. Tertiū genꝰ
somniū:sicut iacob subnixaꝫ in celo scalaꝫ dormiens vidit.
Quartū genus per nubē:sicut ad moysen ⁊ ad iob post pla
gaꝫ loquit̄ deꝰ. Quintū genus:vox de celo:sicut ad abrahā
sonuit dicens. Ne inijcias manū tuā sup pueꝝ. Et apud sau
lū in via. Saule salue qd me persequeris. Sextū genus:ac
cepta parabola:sicut apud salomonē in prouerbijs: ⁊ apud
balaaꝫ:cū euocaret̄ a balach. Septimū genus:repletio san
cti spūs:sicut pene apud omnes prophetas. Alij tria genera
visionū dixerūt esse: Unū sꝫ oculos corpis:sicut vidit abra
haꝫ tres viros sub ilice mābre:⁊ moyses igneꝫ in rubo: ⁊ di
scipuli transfiguratū dnm in monte inter moysen ⁊ heliaꝫ
⁊ cetera hꝰ. Alteꝝ sm spiritū:quo inmaginamur ea q̄ ꝑ cor
pus sentimꝰ:sicut vidit Petrꝰ discū illū sūmitti de celo cū
varijs animalibus:⁊ sicut esaias deū in sede altissima non
corporaliter sed spiritualiter vidit. Non enim deuꝫ forma
corporea circūterminat:sed quēadmodū figurate:non pro
prie multa dicunt̄: ita etiā figurate ⁊ multa monstrantur.
Tertiū aūt genus visionis est qđ neq; corporeis sensibus:
neq; vlla parte animę qua corporaliū reꝝ imagines capiū/
tur:sed per intuitū mentis:quo intellecta cōspicit̄ veritas:
sicut daniel ꝑditꝰ mente vidit qđ balthasar viderat corpe.
Sine quo genere:illa duo vel ifructuosa sūt:vel etiā i erro
reꝫ mittunt. Omnia tn̄ hęc genera spūs scūs moderat̄. Ha
bere aūt ꝓphetiā:nō solū bonꝰ:sꝫ etiā malus pōt. Nā inue/
nimꝰ saulē regē ꝓphetasse. Persequebat̄ eniꝫ sanctū dauid:⁊
impletus sancto spū prophetare cepit.

¶ De apostolis. Cap. IX.

Apostoli missi interpretant̄. Hoc eni eoꝝ no
mē indicat. Nā sicut grece angeli: latine nū
cij vocat̄:ita grece apl'i:latine missi appellā
tor. Ipsos eni misit xp̄s euangelizare ꝑ vni
uersuꝫ mūdū:ita vt qdā persas idosq; pene
trarent:docentes gentes ⁊ faciētes in nomi
ne christi magna ⁊ incredibilia miracl'a: vt
attestātibꝰ signis ⁊ prodigijs crederet̄ illis:in his q̄ dicebāt
⁊ viderant. Habent eni plerịq; eoꝝ ex his causas suoꝝ vo
cabuloꝝ. Petrꝰ a petra nomē accepit:hoc ē a xp̄o:sup queꝫ
fundata est ecclesia. Nō eni a petro petra:sꝫ petrus a petra
nomē sortitus ē:sicut nō xp̄s a xp̄iano:sꝫ xp̄ianꝰ a xp̄o voca/
tur:ideoq; ait dns. Tu es petrus ⁊ sup hāc petrā edificabo
ecclesiaꝫ meā:qꝛ dixerat petrus. Tu es xp̄s filius dei viui.
Deinde ei dominus:sup hanc inqt petraꝫ quā confessus es
edificabo ecclesiā meā. Petra eniꝫ erat xp̄s: sup qđ funda/
mentū etiaꝫ ipse edificatꝰ est petrus. Cephas dictꝰ:eo ꝙ in
capite sit constitutꝰ apostoloꝝ. Cephalin enim grece caput
dicit̄:⁊ ipsuꝫ nomē in petro syrū est. Simon bariona in lin/
guaꝫ nostram sonat filius colūbę:⁊ est nomen syrū pariter
⁊ hebręū. Bar quippe syra ligua filꝰ: ione hebraice colūba:
vtroq; sermone dicit̄ bariona. Alij simpliciter accipiūt: ꝙ
simon.i.petrus filꝰ sit ioānis: iuxta illaꝫ interrogationeꝫ.
Simon ioānis diligis me:⁊ voluīt scriptoꝝ vitio deprauaꝫ
tuꝫ:vt pro barioanna hoc est filio ioānis:baiona scriptum
sit:vna detracta syllaba. Joāna aūt interpretat̄ dni gratia.
Et fuisse ꝯstat petruꝫ trinomiū:petruꝫ:cephan:⁊ simon ba
riona. Simon autem hebraice iterpretat̄ audiēs. Saulus
hebraico sermone tētatio dictus:eo ꝙ prius in tētatōe ec
clesię sit versatus. Persecutor eni erat:ide nomē habebat
illud:qm ꝑsequebat̄ christiāos. Postea mutato noīe de sau
lo factꝰ est paulus:quod iterpretat̄ mirabilis siue electus.
Mirabil':vel qꝛ mlta signa fecit: vl' qꝛ ab oriēte vsq; ad occa
suꝫ euāgeliū xp̄i i oībus gētibꝰ ꝑdicauit. Electꝰ sic in actibꝰ
aploꝝ spūs scūs dicit:segregate mihi barnabā ⁊ paulū ad
opus ad qđ elegi eos. Latino aūt sermone:paulus a modi
co dictus. vn̄ ⁊ ipse ait. Ego sum minimus oīuꝫ aploꝝ. Quā
do eni saulus:supbus elatus: qm paulus: humilis:modicꝰ:
Ideo sic loqmur:paulo post videbo te.i.post modicū. Naꝫ
qꝛ modicus factus est:ipse dicit. Ego eni suꝫ nouissimꝰ om/
niū aploꝝ:⁊ mihi minima oīuꝫ scōꝝ data ē gratia. Cephas
sit ⁊ saulus.iō mutato noīe sunt vocati:vt eēnt etiā ipso no
mine noui sicut abrahā ⁊ sara. Andreas frater petri carne:
⁊ coheres gratia:sm hebraicā etymologiā interꝑtat̄ deco/
rus siue rñdēs: sermone aūt greco:a viro virilis appellat̄.
Joānes quodā vaticinio ex merito nomē accepit. Interꝑ/
tat̄ eni:in quo ē gr̄a:vel dni gratia. Amplius eniꝫ eū ceteris
aplis dilexit ih's. Jacobꝰ zebedei a p̄re cognominat̄:quē re
linquēs cū ioāne: veꝝ patrē secuti sūt. Hi sūt filij tonitrui:
q etiaꝫ boanarges ex firmitate ⁊ magnitudine fidei noīati
sunt. Hic ē iacobꝰ filius zebedei frater ioānis:q post ascēsio
neꝫ dni ab herode manifestat̄ occisus. Jacobꝰ alphei ob di
stinctionē ꝑoris cognominatus:qui dicit̄ filius zebedei: si/
cut iste filius alphei. Cognomentū igit̄ ambo a p̄re sumpse
rūt. Iste est iacobus minor q in euangelio frater dni noiat̄:
qꝛ maria vxor alphei:soror fuit matris dni:quā mariā cleo
phę ioānes euangelista cognominat:a p̄re siue a gentilitate
familię:aut quacūq; alia causa ei nomē imponēs. Alpheus
aūt hebreo sermone in latinū exprimit̄ millesimus siue do
ctus. Philippus os:lāpadoꝝ: vl' os manuū. Thomas:abys
sus vel geminꝰ:vn̄ grece didymus appellat̄. Bartholome
us:filius suspēdentis aquas:vel filius suspēdētis me: syruꝫ
est nō hebreū. Mattheus i hebreo donatus exprimit̄. Idē
⁊ appellatus leui ex tribu a qua ortꝰ fuit. In latino autē ex
ope publicani nomē accepit:qꝛ ex publicanis fuit electus ⁊
i apl'atū trāslatus. Simon chananeus:ad distinctionem si
monis petri:de vico galilee chana:vbi aquas dns mutauit
i vinū. Ipse est q in alio euangelista scribit̄ zelotes. Chana
qppe zelus iterꝑtat̄. Judas iacobi q alibi appellat̄ lebbeꝰ:
figuratū nomē habet a corde: qđ nos diminutiue corculuꝫ
possumus appellare. Ipse in alio euangelista Thadeus scri
bit̄:quē ecclesiastica tradit historia:missuꝫ edessam ad aba
gaꝝ regē. Judas scariothis:vl' a vico in quo ortus est: vl' ex
tribu isachar vocabulum sumpsit quodaꝫ ꝑsagio futuri in
condemnationē sui. Isachar eni interꝑtat̄ merces:vt signi
ficaret̄ preciū proditoris quo vendidit dominuꝫ sicut scri/
ptum est. Et acceperūt mercedeꝫ meā.30.argenteos:ꝓciuꝫ
qđ appreciatus suꝫ ab eis. Mathias qui inter apostolos si
ne cognomine solus habet̄:interpretat̄ donatus: vt subau/
diatur:pro iuda. Ipse eniꝫ in locū eius electus est ab aposto
lis:cū pro duobus sors mitteret̄. Marcꝰ:excelsus manda/
to:vtiq; ꝓp euāgeliū altissimi qđ ꝑdicauit. Lucas:ipse con
surgēs:siue ipse eleuās:eo ꝙ eleuauerit ꝑdicatiōeꝫ euāgelij
post alios. Barnabas:filiꝰ ꝓphete:vel filius ꝯsolationis.

¶ De reliquis in euāgelio noībus. Cap. X.

Maria illuminatrix siue stella maris. Genuit
eniꝫ lumen mundi:sermone aūt syro maris
dna nūcupat̄:⁊ pulchre:qꝛ dominū genuit.
Helisabeth dei mei saturitas: vl' dni mei iu
ramētū. Magdalena:turris. Martha:irri
tans vel prouocans:sermone aūt syro inter
pretat̄ dominans. Nathanael:donū dei: qꝛ
deꝰ.i.simulatio:dono dei in eo nō fuit. Zebedeus: donatus
siue fluens iste. Zacheus:iustus siue iustificatus: siue iustifi
candus:syꝝ est nomē non hebręū. Lazarus adiutus: eo ꝙ
sit a morte resuscitatus. Herodes:pelliceus:vel gloriosus
clara etymologia. Cayphas:inuestigator aut sagax: aut vo/
mens ore. Iniquo enim ore suo iustuꝫ condemnauit: q̄uis
hoc mysterio prophetali annūciasset. Pontius: declinans
consiliū: vtriq; iudeoꝝ. Accepta enim aqua:lauit manus su
as dicēs. Innocens ego sum a sanguīe iusti huius. Pilatus:
os malleatoris:qꝛ duꝫ xp̄ꝫ ore suo ⁊ iustificat ⁊ cōdēnat.mo
re malleatoria vtraq; ferit. Barrabas:filius magistri eorū:
absq; dubio iudeoꝝ magistri:qui ē diabolus: homicidioꝝ
auctor:q vsq; hodie regnat in eis.

¶ De martyribus. Cap. XI.

Martyres greca lingue:latine testes dicunt̄:
vnde ⁊ testimonia grece:martyria nūcupā
tur. Testes aūt ideo vocati sunt:qꝛ ꝓpter te
stimoniū xp̄i passiones sustinuerunt:⁊ vsq;
ad mortē ꝑ veritate certauerūt. Qđ vō nos
nō testes:qđ latine vtiq; possumus dicere:
sed grece martyres appellamus:familiariꝰ
ecclesię auribus hoc grecū verbū sonat: sicut multa greca
nomina qbus pro latinis vtimur. Martyꝝ primus i nouo
testamento stephanus fuit:qui hebręo sermone interpreta
tur norma:ꝙ prior fuerit in martyrio ad imitationem fide
lium. Idem autem ex greco sermone in latinum vertitur
coronatus:⁊ hoc prophetice:vt quod sequeretur in re: vati
cinio quodam futuri:prius in vocabulo resonaret. Passus
est enim ⁊ quod vocabatur accepit. Stephanus enim coro
na dicitur:humiliter lapidatus: sed sublimiter coronatus.

Duo aūt sunt martyrij genera: vnū in aperta passiõe: alterꝫ in occulta animi virtute. Naꝫ multi hostis insidias tolerãtes: ⁊ cunctis carnalibus desiderijs resistẽtes: per hoc ꝙ se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres facti sunt: qui etiaꝫ si persecutionis tempus existeret: martyres esse potuerunt.

De clericis. Cap. XII.

Cleros ⁊ clericos hic appellatos: qꝛ mathias sorte electus est: quẽ primū per aplos legimꝰ ordinatū. Cleros enim grece sors vel hereditas latine dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici: qꝛ de sorte sunt dñi: vel qꝛ dñi partem habẽt. Generaliter aūt clerici nūcupãt oẽs q in ecclesia xpi deseruiūt: quoꝝ gradus ⁊ noīa hec sunt. Ostiariꝰ: psalmista: lector: exorcista: acolythus: subdiaconꝰ: diaconus: psbyter: eps. Ordo epoꝝ qdripartitus est. i. in patriarchis: archiepis: metropolitãis atq; epis. Patriarcha greca lĩgua summus patrū interptat: qꝛ pmū. i. aplicuꝫ retinet locū: ⁊ ideo qꝛ sūmo honore fungit: tali noīe censet: sicut romanus: antiochenꝰ: ⁊ alexãdrinus. Archieps greco vocablo ꝙ sit sūmꝰ epoꝝ. Tenet eni vicẽ aplicã ⁊ psidet taꝫ metropolitanis ꝙ epis ceteris. Metropolitani aūt a mẽsura ciuitatū vocãt. Singul' eni prouintijs pemĩnẽt: quoꝝ auctoritati ⁊ doctrine ⁊ potestati ceteri sacerdotes subiecti sūt: sine qbꝰ nihil reliquos epos agere licet: sollicitudo eni totiꝰ prouintie ipsis epis cõmissa ẽ. Oẽs aūt superiꝰ designati ordines vno eodẽq; vocabulo epi nominant: sed ideo priuato noīe qdaꝫ vtunt pter distinctioneꝫ potestatū quã singulariter acceperunt. Patriarcha patrū princeps. Archon enim pnceps. Archieps pnceps epoꝝ: sicut metropolitanus a mensura ciuitatū. Episcopatꝰ aūt vocabulū inde dictū: ꝙ ille q superefficit: supintẽdat: curam. s. gerẽs subditoꝝ: scopin eni grece latine intẽdere dicit. Epi aūt grece latine speculatores interpretant. Naꝫ speculator ẽ ppositꝰ in ecclesia dictꝰ eo ꝙ speculet atq; pspiciat ppl'oꝝ ifra se positoꝝ mores ⁊ vitã. Põtifex pnceps sacerdotū ẽ: qsi via sequẽtiū. Ipse ⁊ summꝰ sacerdos: ipse ⁊ pontifex maximꝰ nuncupat. Ipse enim efficit sacerdotes atq; leuitas: ipse oẽs ordines eccl'iasticos disponit: ipse qd vnusqsq; facere debeat ostendit. Antea aūt põtifices reges erant. Nam maioꝝ hec erat consuetudo: vt rex esset etiã sacerdos ⁊ pontifex. Unde ⁊ romãi imperatores põtifices dicebant. Uates a vi mẽtis appellatos cuiꝰ significatio multiplex ẽ. Nam modo sacerdotẽ: modo pphetaꝫ significat: mõ poetã. Antistes sacerdos dictꝰ: ab eo ꝙ antestat. Primꝰ est enim in ordine ecclesie: ⁊ supra se nulluꝫ hꝫ. Sacerdos aūt nomẽ habet compositū ex greco ⁊ latio: qsi sacrū dans: sicut eniꝫ rex a regendo: ita sacerdos a sacrificãdo vocatꝰ est. Cõsecrat enim ⁊ sanctificat. Sacerdotes aūt gentiliū flamines dicebãt. Hi in capite habebãt pilleum i quo erat breuis virga desup habẽs lane aliquod. Quod cū p estū ferre nõ possent: filo tñ capita religare ceperūt: Naꝫ nudis eos penitꝰ capitibus incedere nefas erat: vnde a filo quo vtebãtur flamies dicti sūt: quasi filamines: veꝝ festis diebꝰ filo deposito pilleū imponebãt pro sacerdotij eminẽtia. Presbyter grece latine senior interpretatur: nõ pro etate vel decrepita senectute: sꝫ pter honorẽ ⁊ dignitatẽ quã acceperūt: psbyteri nominãtur. Unde ⁊ apud veteres ideꝫ epi ⁊ psbyteri fuerūt: qꝛ illud nomen dignitatis est: hoc etatis. Ideo aūt ⁊ presbyteri sacerdotes vocãtur: quia sacrum dant: sicut ⁊ epi qui licꝫ sint sacerdotes: tamẽ põtificatꝰ apicem nõ habẽt: qꝛ nec chrismate frõteꝫ signãt: nec paraclitū spiritū dant: qd solis deberi eps lectio actuū aploꝝ demonstrat. Leuite ex noīe auctoris vocati. De leui. n. leuite exorti sunt: a quibꝰ in templo dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi grece diaconi: latine ministri dicuntur: qꝛ sicut in sacerdote psecratio: ita in diacono ministerij dispẽsatio habetur. Hypodiacões grece. quos nos subdiaconos dicimꝰ: qui ideo sic appellant: qꝛ subiacẽt pceptis ⁊ officijs leuitaꝝ. Oblatiões enim in templo dei a fidelibꝰ ipsi suscipiūt: ⁊ leuitis superponẽdas altaribus deferūt. Hi apud hebreos nathinnei vocantur. Lectores a legẽdo: psalmiste a psalmis canẽdis vocati. Illi enim predicant populis qd sequãtur: isti canūt vt excitẽt ad compunctioneꝫ animos audiẽtiū: licꝫ ⁊ qdã lectores ita miserãter pnūciẽt: vt qsdã ad luctū lamẽtationẽq; pcellãt. Idẽ et ⁊ pnūciatores vocãt: ꝙ porro annūciẽt. Tanta enim ⁊ tam clara erit eoꝝ vox: vt quis longe positoꝝ aures adimpleant. Cantor aūt vocatꝰ: qꝛ vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicunt in arte musica: sicut ea docti homines latine dicere potuerunt precentor ⁊ succentor. Precẽtor scilicet qui voceꝫ premittit in cantu. Succentor autem qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur quia consonat: qui aūt nõ cõsonat: nec cõcinit: nec cãtor nec cõcentor erit. Acolythi grece latie ceroferarij dicūt a deportandis cereis qñ euãgeliū legẽdum est: aut sacrificiū offerẽdum. Tūc enim accẽdūtur luminaria ab eis ⁊ deportãtur: nõ ad effugãdas tenebras: dum sol eodem tẽpore rutilet: sꝫ ad signū leticie demõstrandum: vt sub typo luminis corporal' illa lux ostẽdatur: de qua in euãgelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnem hominem veniẽteꝫ in hūc mūdū. Exorciste ex greco in latinū adiurãtes siue icrepãtes vocãtur. Inuocãt eniꝫ super cathecuminos vl' super eos qui habẽt spiritū immūduꝫ: nomẽ dñi ihū: adiurãtes per eū vt egrediat ab eis. Ostiarij idem ⁊ ianitores: qui in veteri testamẽto electi sūt ad custodiam templi: vt nõ ingrederetur eum immundus in omni re. Dicti autẽ ostiarij: ꝙ presint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem omnia intus extraq; custodiūt: atq; inter bonos ⁊ malos habẽtes iudicium: fideles recipiunt: ⁊ respuunt infideles.

De monachis. Cap. XIII.

Monachus greca etymologia vocatus eo ꝙ sit singularis. Monas enim grece singularitas dicit. Ergo si solitariꝰ interpretat: vocabulū monachi: qd facit i turba qui solus est? Plura aūt sunt genera monachoꝝ. Cenobite: quos nos in cõe viuẽtes possumus appellare: Cenobium eni plurimoꝝ ẽ. Anachorite sūt: q post cenobialeꝫ vitã deserta petūt: ⁊ soli habitãt per deserta: ⁊ ab eo ꝙ procul ab hominibus recesserūt: tali noīe nūcupãtur: sed anachorite heliam ⁊ ioãnem: cenobite apostolos imitãtur. Heremite hi sūt qui ⁊ anachorite ab hoīum cõspectu remoti: heremū ⁊ desertas solitudines appetẽtes. Nam heremū dicit quasi remotū. Abba auteꝫ syrū nomẽ significat i latinū pater: qd paulus romanis scribẽs exposuit dicẽs. In quo clamamꝰ abba pater: i vno nomine duabꝰ vsus linguis. Dicit enim abba syro noīe patrẽ: ⁊ rursus latine noīat itidẽ patrem.

De ceteris fidelis nominibus. Cap. XIIII.

Christiãus quãtū iterpretatio ostẽdit de vnctiõe dicit: siue de noīe auctoris ⁊ creatoris. A xpo eni xpiani sūt cognomiati: sicut a iuda iudei. De magistri qppe noīe cognomen sectatoribꝰ datū ẽ. Xpiani aūt oliꝫ a iudeis quasi ob opprobriū nazarei vocabãt: p eo ꝙ dñs noster atq; saluator a vico quodaꝫ galilee nazarenꝰ sit appellatus. Nõ se aūt gloriet xpianū: qui nomẽ habet ⁊ facta nõ hꝫ: vbi aūt nomen secutū fuerit opus: certissime ille ẽ xpianus: qꝛ se factis ostẽdit xpianū: ambulãs sicut ⁊ ille ambulauit: a quo ⁊ nomẽ traxit. Catholicus vniuersalis siue generalis interpretatur. Nam greci vniuersalẽ catholicon vocauit. Orthodoxus ẽ recte credẽs: ⁊ vt credit recte viuẽs. Ortho eniꝫ grece recte dicit: doxo glorie: hoc est vir recte glorie. Quo nomine non põt vocari: q aliter viuit ꝙ credit. Neophytus grece latie nouellus ⁊ rudis fidelis vel super renatus interpretari potest. Cathecuminus dictus pro eo ꝙ adhuc doctrinã fidei audit: necduꝫ tñ baptismuꝫ percepit. Nam cathecuminus grece auditor dicitur. Competens vocatur qui post instructionem fidei competit gratiam christi: inde ⁊ a petendo competẽtes vocati sunt. Laicus popularis. Laos. n. grece populus dicitur. Proselytus i. aduena ⁊ circūcisus: q miscebatur populo dei: grecū est.

Incipit liber octauus.

De ecclesia ⁊ synagoga. Cap. I

Ecclesia grecuꝫ est: qd in latinū vertitur cõuocatio: pp ꝙ oẽs ad se conuocet. Catholica vniuersal' κατα ὅλον: id est sꝫ totū. Non. n. sicut pventicula hereticoꝝ in aliqbus regionū partibꝰ eo artat: sꝫ p totum terraꝝ orbẽ dilatata diffundit. Qd etiã apl's approbat ad romanos dicẽs: Gratias ago deo meo p oibꝰ vobis: qꝛ fides vestra annūciatur in vniuerso mūdo: siue ꝙ in vnitateꝫ cūctos coniungit credentes. Hinc ⁊ vniuersitas ab vno cognominata ẽ: ppter quod in vnitatem colligitur. Unde dñs in euangelio: Qui mecū non colligit spargit. Cur autẽ ecclesia cum vna sit a ioãne. 7. scribūtur: nisi vt vna catholica septiformi plena spiritu designetur: sicut ⁊ de dño nouimus dixisse salomonem. Sapientia edificauit sibi domum: ⁊ excidit colūnas septem: que tñ septem vna esse non ambigitur: dicẽte apostolo: Ecclesia dei viui que est colūna ⁊ firmamentuꝫ veritatis. Inchoauit autẽ ecclesia a loco vbi venit de celo spiritus sanctus ⁊ impleuit vno loco sedentes. Pro peregrinatione aūt presenti ecclesia syon dicitur: eo ꝙ ab huius peregrinationis longitudine posita: promissionẽ reruꝫ celestiū speculetur: ⁊ iccirco syon. i. speculatio nomen accepit. Pro futura vero patrie pace: irl'm vocat. Nam irl'm visio pacis interpretat. Ibi. n. absorpta oi aduersitate. pacem que est christus presenti possidebit obtutu. Synagoga grece latie congregatio dicitur: quod propriū nomen iudeoꝝ ppl's tenuit. Ipsoꝝ. n. pprie synagoga dici solet: quis ⁊ de ecclesia dicta sit. Nostrã vero apli nunq; synagogã dixerunt: sꝫ semp ecclesiã: siue discernendi causa: siue ꝙ inter cõgregationeꝫ vnde synagoga: ⁊ conuocationem vnde ecclesia nomen accepit. distet aliquid: ꝙ. s. congregari ⁊ pecora solent: quorū ⁊ greges proprie dicimus: conuocari autem magis est vtẽtium ratione: sicut sunt homines.

De religione ⁊ fide. Cap. II.

Dogma a putãdo philosophi noīauerūt. i. hoc puto eẽ bonū. hoc puto eẽ verum. Religio appellata ꝙ p eã vni deo religamꝰ aĩas nostras ad cultū diuinū: vinculo seruiẽdi. Qd verbū cõpositū est a religẽdo. i. eligẽdo. vt ita latinū videbat religio: sicut eligo. Tria sunt ãt que religionis cultu ad colẽdū deū in hoibus pquirūt. i. fides: spes: charitas. In fide quid credendū: in spe qd spandū: i charitate qd sit amãdū. Fides ẽ: q veraciter credimus id qd nequaq; videre valeamꝰ. Nã credere iaꝫ nõ possumus qd videmus. Proprie ãt nomẽ fidei inde ẽ dictū: si oĩo fiat qd dictū est aut pmissū. Et ide fides vocata: ab eo ꝙ fit illud qd inter vtrosq; placituꝫ est q si inter deū ⁊ hoiem hinc ⁊ fedus. Spes vocata ꝙ sit pes pgrediẽdi qsi est pes. Unde ecõtrario desperatio. Deest. n. ibi pes: nullaq; pgrediẽdi facultas est: qꝛ duꝫ qsq; pctm amat futurã gloriã nõ sperat. Charitas grece latine dilectio iterpretat: ꝙ duos in se liget. Nã dilectio a duobus icipit: qd ẽ amor dei ⁊ proximi. De qua apl's: Plenitudo inquit legis ẽ dilectio. Maior est ãt hec omnibus: qꝛ qui diligit: ⁊ credit ⁊ sperat. Qui autẽ non diligit quis multa bona faciat: frustra laborat. Ois autem dilectio carnalis: non dilectio: sed magis amor dici solet. Dilectionis auteꝫ nomen tñ in melioribus rebus accipi solet.

De heresi ⁊ scismate. Cap. III.

Heresis grece ab electione vocat: ꝙ. s. vnusquisq; id sibi eligat qd melius sibi eẽ videt vt philosophi peripatetici: achademici: epicurei. ⁊ stoici: vel sicut alij q peruersū dogma cogitãtes: arbitrio suo ab ecclesia recesserūt. Inde ergo heresis dicta greca voce ex interpretatione electiõis: q quisq; arbitrio suo ad istituẽda siue ad suscipienda qlibet ipse sibi eligit. Nobis vo nihil nostro ex arbitrio inducere licet: sꝫ nec eligere qd aliq de arbitrio suo induxerint: apostolos dei habemꝰ auctores. q nec ipsi qcq; ex suo arbitrio qd inducerent elegerunt: sꝫ acceptam a xpo disciplinã fideliter nationibus assignauerunt. Itaq; si etiã angelus de celis aliter euangelizauerit: anathema vocabitur. Secta a sequendo ⁊ tenendo nominata. Nã sectas dicimus habitus animoꝝ: ac instituta circa disciplinã vel ppositum quẽ tenendo sequunt: longe alia in religiõis cultu opinantes ꝙ ceteri. Scisma a scissura aioꝝ nomen accepit. Eodẽ. n. cultu eodẽq; ritu credit vt ceteri: solo cõgregationis delectatur discidio. Fit aūt scisma cū dicunt hoies: nos iusti sumus: nos sanctificamus immūdos ⁊ cetera similia. Supstitio dicta eo ꝙ sit supflua aut supstatuta obseruatio. Alij dicūt a senibus: qꝛ multis annis supstites p etatẽ delirant ⁊ errant supstitõne qdã: nescientes q vetera colãt: aut q veteꝝ ignari asciscunt. Lucretius aūt supstitioneꝫ dicit supstantiū reꝝ. i. celestium ⁊ diuinoꝝ q sup nos stant: sꝫ male dicit. Hereticoꝝ aūt dogmata vt facile possint agnosci: causas eorum vel nomina demonstrare oportuit.

De heresibus iudeorum. Cap. IIII.

Iudei cõfessores interptant. Multos. n. ex his sequitur pfessio: quos antea pfidia possidebat. Hebrei trãsitores dicunt. Quo noīe admonent: vt de peioribus ad meliora trãseant: ⁊ pristinos errores relinquãt. Pharisei ⁊ saducei inter se pträrij sunt. Nã pharisei ex hebreo in latinū interptant diuisi: eo ꝙ traditionū ⁊ obseruationū suaꝝ: qs illi deuterosis vocãt: iusticiã pferunt. vñ ⁊ diuisi vocant a pplo quasi p iustitiaꝫ. Saducei interptant iusti: vendicãt. n. sibi qd nõ sūt; corporis resurrectionẽ negant: ⁊ aĩam interire cū corpore predicant. Hi quoq; tñ libros legis recipiūt: pphetaꝝ vaticinia respuunt. Essei dicunt ipꝫ esse xpm: q docuit illos oẽm abstinentiã. Morbonei dicūt ipm esse xpm: q docuit illos in omni re sabbatizare. Genistei dicti eo ꝙ de genere abrahe esse se gloriant. Nã cuꝫ in babyloniã venisset populus dei: pleriq; relinqntes vxores suas: babylonicis mlieribꝰ adheserunt. Quidã autẽ israeliticis tñ piugijs ptenti: vel ex eis geniti duꝫ reuersi eẽnt de babylonia: diuiserunt se ab oĩ populo ⁊ assūpserunt sibi hoc nomẽ iactãtie. Meristei appellati: eo ꝙ separẽt scripturas: nõ credẽtes oibus pphetis: dicẽtes alijs ⁊ alijs spiritibꝰ illos pphetasse. Meris. n. grece latine pars dicit. Samaritae dicti ꝙ legẽ solam custodiant. Nam prophetas non recipiunt. Hemerobaptiste eo ꝙ quotidie vestimenta sua ⁊ corpora lauent.

De heresibus christianoꝝ. Cap. V.

Uidaȝ ẽt heretici q̃ de ecclesia recesserũt: ex noīe auctoꝝ suoꝝ nũcupanť: qdaȝ vͦ ex causis q̃s eligẽtes ĩstituerũt. Simoniani dicti a simone magicę disciplinę perito: cui petrus i actibus apostoloꝝ maledixit ꝑ eo ꝙ ab aplĩs spũs sancti grãȝ pecunia emere voluisset. Hi dicũt creaturã nõ a deo: ſȝ a vtute q̃daȝ supna creatã. Menãdriani: a menãdro mago discipulo simonis nuncupati: q mundũ non a deo: ſȝ ab angelis factũ eẽ asseruit. Basilidiani a basilide appellati: q iter reliquas blasphemias passũ ihm abnegauit. Nicolaitę dicti a nicolao diacono ecclesię hierosolymoꝝ: q cũ stephano ⁊ cęteris ꝯstitut⁹ ẽ a petro: q pp pulchritudinẽ relinq̃ns vxorẽ dixerat vt q vellet ea vteref: ⁊ versa ẽ in stuprũ talis cõsuetudo: vt inicẽ ꝯiugia cõmutarent. Quos iohãnes i apocalypsi iprobat dicẽs. Sȝ hoc habes q2 odisti facta nicolaitaꝝ. Gnostici pp excellẽtiã sciẽtię se ita appellare voluerũt Animasuã̃ dei eẽ dicũt: bonuȝ ⁊ malũ deũ suis dogmatibus fingũt. Carpocratiani a carpocrate quodã vocanť: q dixit xp̃ȝ hoieȝ fuisse tñ: ⁊ de vtroq̃ sexu ꝓgenitũ. Chirinthiani a chirintho quodã nũcupati. Hi inter cętera circũcisionẽ obseruãt: mille annos post resurrectionẽ in voluptate carnis futuros ꝑdicãt. Unde ⁊ grece ciliastę latine miliciastę sũt appellati. Nazarei dicti q dñ xp̃ȝ q a vico nazaren⁹ ẽ appellat⁹: filiũ dei ꝯfitenť: oīa tñ veteris legis custodiũt Ophite a colubro noīati sũt. Coluber.n. grece ophi dicitur Colũt.n. serpẽtẽ: dicentes ipſȝ i paradisũ iduxisse vtutis cognitionẽ. Ualẽtiniani a valẽtino quodã platonico sectatore vocati: q Eonas.i. secula quedã in originẽ dei creatoris iduxit: xp̃m quoq̃ de vgine nihil corpis assũpsisse: ſȝ ꝑ eã q̃si ꝑ fistulã transisse asseruit. Apellitę quoꝝ apelles pͥnceps fuit: q creatorẽ angelũ nescio quẽ gloriosuȝ: supioris dei faciẽs deũ legis israel: illũ igneũ affirmãs. Apellitę quoꝝ auctor apelles: q dixit xp̃ȝ nõ deũ in vitate: ſȝ hoieȝ i fantasia apparuisse. Archonciaci a pͥncipib⁹ appellanť: q vniuersitateȝ quaȝ de⁹ ꝯdidit opa eẽ archãgeloꝝ defendũt. Adamiani vocati ꝙ ade imitenť nuditatẽ. vñ ⁊ nudi orãt: ⁊ nudi inter se mares fęmineq̃ ꝯueniũt. Cainani ꝑinde sic appellati: qm̃ cain adorãt. Sethiani nomẽ acceperũt a filio adã q vocat⁹ ẽ seth. dicẽtes eundẽ eẽ xp̃ȝ. Melchisedechiani vocati ꝑ eo ꝙ melchisedech sacerdotẽ dei nõ hoieȝ fuisse ſȝ vtutẽ dei eẽ arbitranť. Angelici vocati: q2 angelos colunt. Aplici hoc sibi nomẽ ideo ꝓsũpserunt ꝙ nihil possidentes ꝓpriũ: nequaq̃ recipiãt eos q aliqd in hoc mũdo vtuntur. Cerdoniani a cerdone quodã noīati: q duo ꝯ̃ria pͥncipia asserũt. Marcionistę a marcione stoico philosopho appellati. q cerdonis dogma secut⁹: alteꝝ bonũ: alteꝝ iustũ deum asseruit: tanq̃ duo pͥncipia creatoris ⁊ bonitatis. Arrotiritę ab oblatõe vocati. Panẽ.n. ⁊ caseũ offerũt: dicẽtes pͥmis hoibus oblationẽ a fructib⁹ terrę ⁊ a fructibus oiũ fuisse celebratã. Aq̃rij appellati: eo ꝙ aquã solã offerũt in calice sacramẽti. Seueriani a seuero exorti: vinũ nõ bibunt: vet⁹ testamentũ ⁊ resurrectionẽ nõ recipiũt. Taciani a taciano quodã vocati q ⁊ encreatite dicti: q2 carnes abhominanť. Alogij vocanť: tanq̃ sine vbo. Logos.n. grece verbũ dicif. Deũ.n. verbũ nõ credunt: respuentes ioannis euãgeliuȝ ⁊ apocalypsin. Catafrigis nomẽ ꝓuintia catafrigia dedit: q2 ibi extiterũt: auctores eoꝝ mõtan⁹ prisca ⁊ maximilla fuerunt. Hi aduentũ sancti spũs: nõ i apostolis ſȝ i se traditũ asserũt. Catharoe pp mundiciã ita se noiauerũt. Gloriãtes .n. de suis meritis negãt pęnitẽtib⁹ veniã pctõꝝ. Uiduas si nupserint: tanq̃ adulteras damnãt. Mũdiores se cęteris ꝑdicant. Qui nomẽ suũ si cognoscere vellẽt: mũdanos se potius q̃ mũdos vocarẽt. Pauliãi a paulo samosateno exorti sunt: q dixit nõ sp fuisse xp̃m ſȝ a maria sũpsisse initium. Hermogeniani ab hermogene quodã vocati q mãȝ nõ natam itroducẽs: deo nõ nato eã cõparauit: matrẽq̃ elementoꝝ ⁊ deã asseruit. quos aplus iprobat: elemẽtis seruiẽtes. Manichei a quodã persa extiterũt q vocat⁹ ẽ manes. Hic duas nãs ⁊ substantias introduxit.i. bonã ⁊ malã: ⁊ aias ex deo q̃si ex aliq̃ fonte manare asserit: testamẽtũ vet⁹ respuit: nouuȝ ex pte recipit. Canomiani.i. latine sine lege dicuntur. Anthropomorphitę dicti pro eo ꝙ simplicitate rustica deũ hr̃e hũana mẽbra q̃ in diuinis libris scripta sũt arbitrãtur: Anthropos.n. grece latine hõ interptaf: ignorãtes voceȝ dñi: q ait: Spũs ẽ deus. Incorporeus ẽ.n. nec mẽbris distinguit: nec corporis mole cẽsef. Heraclitę ab heraclio auctore exorti. Monachos tñ recipiũt: ꝯiugia respuũt: regna celoꝝ puulos hr̃e nõ credũt. Nouatiani a nouato romę vrbis p̃sbytero exorti: q aduersus corneliũ cathedrã sacerdotalẽ conatus iuadere heresim istituit: nolẽs apostatas suscipere: ⁊ rebaptizãs baptizatos. Mõtani heretici dicti: ꝙ tẽpore ꝑsecutiõis i montib⁹ latuerũt: q̃ occasione se a catholicę ecclię corpore diuiserũt. Ebionitę ab ebione dicti: siue a paupertate. Christũ.n. ꝑ prouectũ solũ veruȝ iustũ putãt effectũ. Unde cõpetenter ebionei ꝑ paupertate intelligentię appellati sunt. Hi semi iudei sunt: ⁊ ita tenẽt euangeliuȝ vt legẽ carnaliter seruẽt: aduersus quos ad galathas aplus scribens iuenif. Fotiniani a fotino gallo grecie syrmie ẽpo nũcupati: q ebionitaꝝ heresim suscitans asseruit xp̃ȝ a maria ꝑ ioseph nuptiali coitu fuisse cõceptum. Aeriani ab aerio q̃dam nuncupati sũt. Hi offerre sacrificiũ pro defũctis spernunt. Ethiani ab ethio sũt vocati. Idẽq̃ eunomiani ab eunomio quodaȝ dialectico ethij discipulo: ex cuius noie magis innotuerũt: dissimilẽ patri asserentes filium: ⁊ filio spiritum sanctũ. Dicunt etiaȝ nullũ imputari peccatũ in fide manentiũ. Origeniani ab origene auctore exorti sunt: dicẽtes ꝙ non possit filius videre patrẽ: nec spũs sanctus filiũ. Animas quoq̃ in mũdi principio dicũt peccasse: ⁊ ꝑ diuersitate pctõꝝ e cęlis vsq̃ ad terras lapsas diuersa corpora q̃si vincula meruisse: eaq̃ cã factũ fuisse mundum. Noetiani a quodam noetio vocati: qui dicebãt xp̃m eundeȝ esse ⁊ patrẽ ⁊ spiritũ sanctũ: ipsamq̃ trinitatẽ in officioꝝ nominibus nõ in personis accipiũt. Unde ⁊ patripassiani vocanť q2 patrem passum dicũt. Sabelliani ab eodem noetio pullulasse dicũtur: cuius discipulum phibẽt fuisse sabelliuȝ: ex cuius noie maxime inotuerũt. vnde ⁊ sabelliani vocati sũt Hi vnã personam patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti astruũt. Arriani ab arrio alexãdrino p̃sbytero orti sũt: qui coęternuȝ patri filium nõ agnoscẽs: diuersas i trinitate substantias asseruit cõtra illud quod ait dñs: Ego ⁊ pater vnuȝ sum⁹. Macedoniani a macedonio constãtinopolitano episcopo dicti sunt: negãtes deum esse spiritum sanctuȝ. Apollinaristę ab apollinare vocati sũt: dicẽtes christum corpus tñmodo sine aia suscepisse. Antidicomaritę appellati sũt: ꝑ eo ꝙ marię virginitati cõtradicũt: asserẽtes eam post christuȝ natũ viro suo commixtaȝ fuisse. Metangismonitę ideo tale nomen acceperũt: q2 angios grece vas dicitur. Asserunt.n. sic esse i patre filiũ tanq̃ vas min⁹ itra vas maius. Patriciãi a quodã patricio nũcupati sunt: qui substãtiã humanę carnis a diabolo ꝯditaȝ dicũt. Coluthiani a quodaȝ coluthio nominati qui dicunt deum nõ facere malum: contra illud quod scriptuȝ est: Ego dñs creans mala. Floriani a florino qui econtrario dicunt deum creasse mala: contra id qd̃ scriptum est: Fecit deus omnia bona. Donatistę a donato quodam afro nuncupati: qui de numidia veniens totam pene africam sua persuasione decepit: asserens minorem patre filium: ⁊ minorẽ filio spiritũ sanctuȝ: ⁊ rebaptizans catholicos. Bonosiani a bonoso quodam ẽpo exorti produntur: q christum filium dei adoptiuuȝ: nõ proprium asserũt. Circucelliones dicti eo ꝙ agrestes sũt: quos cotopitas vocant: supradictę heresis habentes doctrinam. Hi amore martirij semetipsos perimunt: vt violenter de hac vita discedentes martyres nominenť. Priscillianistę a priscilliano vocati: q i hispania ex errore gnosticoꝝ ⁊ manicheoꝝ permixtũ dogma composuit: Luciferiani a lucifero syrmie episcopo orti. q ẽpos catholicos q cõstantij ꝑsecutione ꝑfidię arrianoꝝ ꝯsentiẽtes erant ⁊ postea correpti: redire in catholicã delegerunt: damnantes siue qd̃ crediderant: siue qd̃ se credidisse simulauerant. quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanq̃ petrũ post fletum negationis. Hãc illi matris charitatẽ supbe accipiẽtes: eosq̃ recipe nolẽtes a coione recesserũt: ⁊ cũ ipso lucifero auctore suo q mane oriebatur cadere meruerũt. Iouinianistę a iouiniano quodã monacho dicti: asserentes nullã nuptiaꝝ ⁊ virginũ esse distantiam nullũq̃ iter abstinentes: ⁊ simplr epulãtes esse discrimẽ. Eluidiani ab eluidio noīati: q dicunt post natum xp̃m alios mariã filios de viro ioseph pepisse. Paterniani a paterno quodã exorti: q iferiores corporis ptes a diabolo factas opinanť. Arabici nũcupati eo ꝙ i arabia exorti sũt: dicentes aiaȝ cũ corpore mori atq̃ in nouissimo vtrũq̃ resurgere. Tertullianistę dicti a tertulliano p̃sbitero africanę ꝓuintię ciuitatis carthaginẽsis: aiaȝ imortalem esse: ſȝ corporã pdicantes: ⁊ aias hoiuȝ pctõꝝ post mortẽ in dęmões verti putãtes. Tesserescdecaditę dicti: quod .14. luna pasca cũ iudeis obseruandũ cõtendunt. Nã tesseres q̃ttuor: deca decẽ significat. Nyctages a somno nũcupati ꝙ vigilias noctis respuant: supstitionẽ esse dicentes: iura temerari diuinia q noctẽ ad requieȝ tribuit. Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hi libeꝝ arbitriuȝ diuinę gratię anteponũt dicẽtes sufficere voluntatẽ ad implẽda iussa diuina. Nestoriani a nestorio ꝯstãtinopolitano ẽpo nũcupati: qui beatã virginẽ mariã non dei ſȝ hois tñmodo asseruit genitricẽ: vt aliã ꝑsonã carnis: aliã faceret diuitatis: nec vnũ xp̃ȝ i vbo dei ⁊ carne credidit: ſȝ separiȝ atq̃ seiũctiȝ alteꝝ filiũ di: alteꝝ hois pdicauit. Euticiãi dicti ab eutice ꝯstãtinopolitão abbate: q xp̃m post humanã assumptionẽ negauit existere de duabus naturis: ſȝ solã in eo asseruit diuinã naturam esse. Acephali dicti.i. sine capite quẽ sequunť heretici. Nullus eniȝ eoꝝ reperif auctor a quo exorti sint. Hi triũ chalcedonensium capituloꝝ impugnatores duaꝝ in xp̃o substãtiaꝝ ꝓprietatẽ negant ⁊ vnã in ei⁹ psona nãȝ pdicant. Theodosiani ⁊ gaianitę appellati a theodosio ⁊ gaiano: q tpibus iustiniani pͥncipis in alexãdria populi puersi electione vno die sunt ordinati ẽpi. Hi errores euticetis ⁊ dioscori sequentes chalcedonense ꝯciliũ respuũt: ex duabus vnã in xp̃o nãm asserũt. quã theodosiani corruptã: gaianitę incorruptã cõtendũt. Gnoitę ⁊ tritoitę a theodosianis exorti sunt: ex qb⁹ gnoitę ab ignorãtia dicti: q2 puersitate a q̃ exorti sunt id adiciunt: ꝙ xp̃i diuinitas ignoret futura q̃ sunt scripta de die ⁊ hora nouissima: non recordãtes xp̃i psonã in esaia loquẽtis: dies iudicij i corde meo. Tritoitę vͦ vocati ꝙ sicũ tres psonas i trinitate: ita quoq̃ tres astruũt deos esse: ꝯtra illud qd̃ scriptũ est. Audi israel: dñs de⁹ tuus: deus vn⁹ est. Sunt ⁊ alię hereses sine auctore ⁊ sine noibus ex qbus alię triformẽ putant deũ esse: alię xp̃i diuinitatẽ passibilẽ dicunt: alię xp̃i de patre natiuitati initiũ tpis dant: alię liberationẽ hominũ apud inferos factã xp̃i descẽsiõe nõ credũt: alię aiaȝ imaginẽ dei negant: alię aias ꝯuerti i dęmones ⁊ in q̃cunq̃ aialia existimãt: alię de mũdi statu dissentiũt: alię innumerabiles mundos opinanť: alię aquã deo coęternã faciunt: alię nudis pedib⁹ ambulant: alię cũ hoibus nõ manducãt. Hę sunt hereses aduersus catholicã fidẽ exortę: ⁊ ab aplĩs ⁊ a sanctis patrib⁹ vel ꝯcilijs ꝓdamnatę q̃ duȝ in se multis erroribus diuisę: iuiceȝ sibi dissentiũt: cõi tamen nomine aduersus ecclesiã dei cõspirant. Sȝ ⁊ quicũq̃ aliter scripturã sanctã intelligit: q̃ sensus spũs sãcti flagitat a q̃ ꝯscripta ẽ: licet de ecclesia nõ recesserit: tñ hereticus appellari potest.

De philosophis gentium. Cap. VI.

Philosophi greca appellatõne vocantur qui latine amatores sapiẽtię interptanť. Est.n. philosophus q diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ rerum scientiã hȝ. ⁊ oẽm bñ viuẽdi tramitẽ tenet. Nomẽ philosophoꝝ primũ a pythagora fertur exortũ. Nã dum antea greci veteres sophistas.i. sapiẽtes aut doctores sapientię semetipsos iactanti⁹ noiarent: iste interrogat⁹ quid pfiteretur: verecũdo noie philosophũ.i. amatorẽ sapientię se eẽ rñdit: qm̃ sapientẽ profiteri arrogãtissimũ videbatur: Ita deinceps posteris placuit: vt quantalibet de reb⁹ ad sapiẽtiaȝ pertinentibus doctrina quisq̃ vel sibi vel alijs videretur excellere: non nisi philosophus vocaretur. Idẽ autem philosophi triplici genere diuiduntur. Naȝ aut physici sũt: aut ethici: aut logici. Physici dicti: quia de naturis tractãt. Natura quippe physis grece vocatur. Ethici: quia de moribus disputant. Mos enim apud grecos ethis appellatur. Logici autem: quia in naturis ⁊ moribus rationem adiungunt. Ratio eniȝ grece logos dicitur. Diuisi sunt autẽ ⁊ hi in heresibus suis: habentes quideȝ nomina ex auctoribus: vt platonici: epicurei: pythagorici: alij a locis conuenticuloruȝ ⁊ stationuȝ suarum: vt peripatetici: stoici: achademici. Platonici a platone philosopho dicti. Hi eniȝ animaꝝ creatoreȝ esse deum: corporuȝ angelos asserunt: ⁊ post multos annoruȝ circulos in diuersa corpora redire animas dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus eniȝ fuit athenis: quam pisianactia appellabant: in qua picta erant gesta sapientiũ atq̃ viroruȝ fortium historię. In hac porticu sapientes philosophabantur: ex qua ⁊ stoici dicti sunt. Grece enim porticus stoa dicitur. Hanc sectaȝ primus zeno instituit. Hi negant sine virtute effici quemq̃ beatum. Omne peccatum vniforme esse asserunt: dicentes sic: ille nocens erit qui paleas furatus fuerit q̃ qui auruȝ: qui mergum occiderit q̃ qui equuȝ. Non eniȝ animal crimen sed animus facit. Hi etiaȝ animam cũ corpore perire dicunt. Animaȝ quoq̃ virtuteȝ continentię esse negant: affectant gloriaȝ ęternaȝ cuȝ se fateantur non esse ęternos. Achademici appellati a villa platonis achademia athenarum: vbi idem plato docebat. Hi omnia incerta opinantur. Sed sicut fatendum est: multa incerta ⁊ occulta esse quę voluit deus excedere hominis itelligentiam: sic tam plurima esse quę possint ⁊ sensus penetratione comprehendi. Hãc sectã Archesilaus cyrenaicus philosophus repperit: cuius sectator fuit democritus: qui dixit tanq̃ in puteo alto: ita vt fũdus nullus sit: ita in occulto iacere veritatem. Peripatetici a deambulatione dicti: eo ꝙ Aristoteles auctor eoruȝ deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandaȝ particulaȝ animę esse ęternaȝ: de reliquo magna ex parte esse mortalem. Cinici ab imundicia: impudentię nuncupati. Cõtra humanã eniȝ verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat: censentes licituȝ honestumq̃ esse palam cũ vxoribus concumbere: quia coniugiuȝ iustum est: publice id ꝑdicantes agenduȝ esse: vt canes in vicis vel plateis. Unde ⁊ a canibus quoruȝ vitam imitabantur etiã vocabuluȝ nomenq̃ traxerunt. Epicurei dicti ab Epicuro quodam philosopho amatore vanitatis non sapientię. quem etiaȝ ipsi philosophi porcum nominauerunt: quasi volutans in ceno: carnalem voluptateȝ corporis summuȝ bonuȝ asserẽs: qui etiam dixit nulla prouidentia diuina instructum esse aut regi munduȝ: sed origineȝ rerum a tomis: id est insecabilibus ac solidis corporibus assignauit: quorum fortuitis concursionibus vniuersa nascantur ⁊ nata sint. Asserunt aũt deum nihil agere: omnia constare corporibus: animaȝ nihil aliud eẽ q̃ corp⁹. Unde ⁊ dixit: nõ ero postea q̃ mortu⁹ fuero. Gymnosophistę nudi ꝑ opacas idię solitudies phi-

bentur philosophari:adhibentes tñ genitalibus tegmina. Gymno.n.ex eo dictū ē φ iuuenes nudi exercerent̄ i campo:vbi pudenda sola tñ operiūt. Hi ⁊ a generando se cohibēt. Theologi aūt idez sūt q ⁊ physici. Dicti autē theologi qm̄ in scripturis suis de deo dixerunt: quoꝝ varia constat opinio:quid deus eēt:dū q̄rerent. Quidā.n.corporeo sensu hūc mundū visibilē ex q̄ttuor elementis:deū esse dixerūt: vt Dionysius stoicus. Alij vō spiritaliter intellexerūt mentē esse deū:vt Thales milesius. Quidā aiūz in oībus commanentē ⁊ lucidū:vt Pythagoras. Quidā deū sine tpe incōmutabilē:vt Plato. Quidā mētē solutā. vt Cicero. Quidaz ⁊ spiritū ⁊ mentē:vt Uarro. Inuentū.n.solūmodo deū nō vt inuenerunt exposuerūt:q₂ euanuerūt in cogitationib⁹ suis. Dicētes.n.se eē sapiētes stulti facti sūt. Itē platonici qdem deū curatorē ⁊ arbitrū ⁊ iudicē asserunt. Epicurei ociosuz ⁊ inexercitatū. De mūdo aūt platonici affirmāt incorporalē:stoici corporalē. Epicurus athomis:pythagoras ex numeris:heraclitus ex igne:vn̄ ⁊ Uarro:ignem mundi aiūz dicit:pinde φ i mundo ignis oīa gubernet: sicut aius in nobis: O vanissime:q cū est inqt i nobis:ipsi sumus: cuz exit emorimur. Ergo ⁊ ignis cuz de mundo p fulgura proficiscit̄:mūdus emorit̄. Hi philosophorū errores ēt apud ecclesiā idūxerunt hereses. Inde eonas ⁊ formę:nescio q̄ ide apud arriū trinitas nois:⁊ apud Ualentinuz platonicus furor. Inde marcionis de⁹ melior de trāqllitate. a stoicis.n. venerat:⁊ vt aīa interire dicat̄:epicurus obseruat̄:⁊ vt carnis resurrectio neget̄:de vana oīuz philosophoꝝ schola sumitur:⁊ vbi materia cuz deo equatur Zenonis disciplina est:⁊ vbi quid de igneo deo legit̄. heraclitus iteruenit. Eadē materia apud hereticos ⁊ philosophos volutatur:idem ⁊ tractatus implicantur.

De poetis. Cap. VII.

Poetę inde sunt dicti:sicut ait Tranqllus. Cū primū hoīes exuta feritate rōnez vite habere cępissent:seq₃ ac deos suos nosse:cultū modicuz ac sermonē necessariū cōmēti sibi vtrius₃ magnificentiā ad religionē deoꝝ suoꝝ excogitauerunt. Igit̄ vt tēpla illis domibus pulchriora ⁊ simulacra corporibus ampliora faciebant:ita elogo etiaz q̄si augustiore honorādos putauerūt:laudesq₃ eoꝝ ⁊ verbis illustrioribus ⁊ iocūdiorib⁹ numeris extulerunt. Id genus q₂ forma quadaz efficit̄:quę poetes dr̄:poema vocitatū ē:eiusq₃ fictores poetę. Uates a vi mētis appellatos Uarro auctor est:vel a viendis carminib⁹.i.flectēdis:hoc est modulādis:⁊ proinde poetę latine vates:olim scripta eoꝝ vaticinia dicebantur. φ vi quadā ⁊ quasi vesania in scribendo cōmouerentur:vel φ modis v̄ba cōnecterentur:viere.n.antiquis pro vincire ponentibus: etiaz per furorem diuini eodem erant nomine:quia ⁊ ipsi quoq₃ pleraq₃ versibus efferebant. Lyrici poetę dicti apo tu lyrin.i. a varietate carminuz. Unde ⁊ lyra dicta. Tragedi dicti: φ initio canentibus pręmiū erat hircus:quez gręci tragos vocant. Unde ⁊ Oratius. Carmine qui tragico vilez certauit ob hircum. Iaz dehinc sequentes tragici multum honorē adepti sunt:excellentes in argumentis fabularuz ad veritatis imaginez fictis. Comędi appellati siue a loco q₂ circū pagos agebant:quos gręci comas vocant:siue a commessatione. Solebant eniz post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatoruz hominū pręcidicāt acta tragici vero res publicas ⁊ reguz historias. Item tragicoꝝ argumenta ex rebus luctuosis sunt:comicoruz ex rebus lętis. Duo sunt autē genera comicoruz.i. veteres ⁊ noui. Ueteres qui ⁊ ioco ridiculares extiterunt vt Plautus:actius ⁊ Terentius. Noui qui ⁊ satyrici a quibus generaliter vitia carpuntur:vt Flaccus:Persius:Iuuenalis ⁊ alij. Hi.n. vniuersorum delicta corripiunt:nec vitabatur eis pessimū quęq₃ describere:nec cuiuslibet peccata moresq₃ reprehēdere. Unde ⁊ nudi pingūtur:eo φ per eos vitia singula denudentur. Satyrici autem dicti:siue φ pleni sint omni facundia:siue a saturitate ⁊ copia. De pluribus eniz simul rebus loquuntur:seu ab illa lāce quę diuersis fruguz vel pomoruz generibus ad templa gentiliuz solebat deferri: aut a satyris nomen tractuz:qui multa habēt ea quę per vinolentiam dicuntur. Quidaz autez poetę theologi dicti sunt: qm̄ de dijs carmina faciebant. Officiuz autem poetę in eo est vt ea quę vere gesta sunt:in alias species obliquis figurationibus cuz decore aliquo conuersa transducant:vnde ⁊ Lucanus ideo in numero poetaruz non ponitur: quia videtur historias composuisse non poema. Apud poetas aūt tres characteres esse dicendi:vnuz in quo tm̄ poeta loquitur. vt est in libris Uirgilij georgicoruz. Aliuz dramaticuz in quo nusq₃ poeta loquitur:vt est in comędijs ⁊ tragędijs. Tertium mixtum:vt est in ęneide. Naz poeta illic ⁊ introductę personę loquuntur.

De sibyllis. Cap. VIII.

Sibyllę generaliter dicūtur omnes feminę vates lingua gręca. Naz sios eolico sermone deus:belen gręci mentez nuncupāt quasi dei mentem. Proinde igitur quia diuinā voluntatem hominibus interpretari solebant:sibyllę nominatę sunt. Sicut eniz omnis vir prophetans vel vates dicitur vel propheta:ita omnis femina prophetās sibylla vocatur. Quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est. Decem autem sibyllę a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quaruz prima de persis fuit. Secunda libyca. Tertia delphica:i tēplo delphi apollinis genita:quę ante troiana bella vaticinata est:cuius plurimos versus operi suo homer⁹ inseruit. Quarta cimmeria i italia. Quinta erythrea noie eriphyla:i babylone orta:q̄ gręcis iliū petētibus vaticinata est:periturā esse troiā ⁊ Homeꝝ mēdacia scripturū. Dicta āt erythrea:q₂ in eadē insula ei⁹ inuēta sunt carmina. Sexta samia:q̄ phemonoe dicta est a samo insula:vn̄ fuit cognominata. Septima cumana noie amalthea quę nouē libros attulit Tarquinio prisco in quibus erant decreta romana cōscripta. Ipsa est ⁊ cymęa:de q̄ Uirgilius:Ultima cymęi venit iā carminis ętas. Dicta āt cumana a ciuitate cumas: quę est in cāpania:cui⁹ sepulchruz in sicilia adhuc manet. Octaua hellespontia in agro troiano nata quę scribit̄ Solonis ⁊ Cyri fuisse tpibus. Nona phrygia quę vaticinata ē ancyrę. Decima tyburtina noie albunea. Quaruz oīuz carmina efferunt̄:in quibus de deo ⁊ de xp̄o ⁊ de gētib⁹ multa scripsisse manifestissime cōprobantur. Celebrior autem inter cęteras ac nobilior erythrea perhibetur.

De magis. Cap. IX.

Magoꝝ p̄mus zoroastes rex bactrianorum: quē Ninus rex assyriorū prelio interfecit: de quo Aristoteles scribit φ vicies centum milia versuū ab ipso condita indicijs voluminū eius declarent̄. Hāc artē multa post secula Democrit⁹ ampliauit qn̄ ⁊ hippocrates medicinę disciplina effloruit. Apud assyrios āt magicę artes copiosę sunt:testante Lucano. Quis noscere fibra facta queat:quis pdat aues quis fulgura cęli seruet:⁊ assyria scrutetur sidera cura. Itaq₃ hęc vanitas magicarum artium:ex traditione angelorum maloruz in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit:⁊ per quandā scientiam futurorum ⁊ infernorum ⁊ inuocationes eoruz inuenta sunt aruspicia:augurationes:⁊ ipsa quę dicunt̄ oracula ⁊ necromātia. Nec mirū de magoꝝ pstigijs:q̄ꝝ intantū pdiere maleficioꝝ artes:vt ēt moysi simillimis signis resisterēt v̄tētes v̄gas i dracones:aq̄s i sanguinē. Fert̄ ⁊ q̄dam maga famosissima Circe:quę socios Ulixis mutauit in bestias. Legit̄ ⁊ de sacrificio qd̄ Arcades deo suo lycęo imolabat:ex quo quicūq₃ sumerēt:in bestiaꝝ formas cōuertebant̄. Hinc apparet nō esse i totum dubiū qd̄ nobilis ille poeta scripsit de q̄dā femina:q̄ magicis artib⁹ excellebat. Hęc ingt se carminib⁹ pmittit soluere mētes. Quas velit ast alijs duras immittere curas. Sistere aquā fluuijs ⁊ vertere sidera retro. Nocturnosq₃ ciet māes: mugire videbis sub pedib⁹ terrā:⁊ descēdere mōtib⁹ hornos. Quid plura? Si credere fas est de phitonissa vt pphetę Samuelis aīaz de inferni abditis euocaret. ⁊ viuoꝝ p̄sentaret cōspectibus. si tñ aiam pphetę fuisse credam⁹ ⁊ nō aliquā phantasmaticā illusionē sathane fallacia factā. Prudēti⁹ quoq₃ de mercurio sic ait. Tradit̄ hic extinctas sūpro moderamine virga. In lucē reuocasse aīas. Ast alios damnasse neci. Et post paululū adiecit. Murmure nā magico tenues excire figuras. Atq₃ sepulchrales scire icantare fauillas. Uita itidem spoliare alios ars noxia nouit. Magi sunt q vulgo malefici ob facinoꝝ magnitudinē nuncupant̄. Hi ⁊ elemēta cōcutiūt:turbāt mentes hoīuz:ac sine vllo veneni haustu violētia tñ carminis iterimūt. vn̄ ⁊ Lucan⁹. Mens hausti nulla sanie polluta veneni icantata perit. Demonib⁹.n. accitis audēt ventilare:vt q̄sq₃ suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiā sanguine vtunt̄ ⁊ victimis:⁊ sępe cōtingūt corpora mortuoꝝ. Necromantij sūt:quoꝝ pcantatōib⁹ videntur resuscitati mortui. diuinare ⁊ ad iterrogata respōdere. Necro.n.gręce mortuus:mātia diuiatio nuncupat̄: ad q̄s suscitādos. cadaueri sanguis adijcit̄. Nā amare demones sanguinē dicūt. Ideoq₃ quotiēs necromantia fit:cruor aq̄ miscet̄ vt colore sanguinis facili⁹ puocent̄. Hydromantij ab aq̄ dicti. Est.n.hydromātia i aquę ispectiōe vmbras demonū euocare:⁊ imagines vel ludificationes eoꝝ videre: ibiq₃ aliq̄ ab eis audire:vbi adhibito sanguine ēt inferos p̄hibent̄ suscitari. Qd̄ genus diuinatiōis a persis dr̄ allatuz. Uarro dic̄ diuinatiōis q̄ttuor eē genera:terrā:aquā: aerez ⁊ ignē. Hinc geomantiā:hydromantiā:aeromātiā piromātiā dictā cōstat. Diuini dicti:q̄si deo pleni. Diuinitate.n.se plenos simulāt ⁊ astutia q̄daz fraudulētia hoīb⁹ futura cōiectant. Duo sunt āt genera diuinatiōis:ars ⁊ furor. Incantatores dicti sūt q artē verbis peragūt. Arioli vocati pp φ circa aras idoloꝝ nefarias p̄ces emittunt: ⁊ funesta sacrificia offerūt:hisq₃ celebritatib⁹ demonuz respōsa accipiunt. Aruspices nūcupati q̄si horaꝝ ispectores. Dies.n.⁊ horas i agēdis negocijs opibusq₃ custodiunt:⁊ qd p singula tēpora obseruare debeat hō intēdūt. Hi ēt exta pecuduz ispiciunt ⁊ ex eis futura p̄dicunt. Augures vō sunt q volatus auiū ⁊ voces itendūt aliaq₃ signa reꝝ vel obseruatiōes iprouisas hoīb⁹ occurrētes. Idē ⁊ auspices. Nā auspicia sūt q̄ iter facientes obseruāt. Dicta sūt āt auspicia q̄si auiuz aspicia: ⁊ auguria q̄si auiū garria:hoc ē auiū voces ⁊ linguas. Itē augurium q̄si auigeriū qd̄ aues gerūt. Duo sūt āt gnā auspicioruz: vnū ad oculos:alteꝝ ad aures ptinēs. Ad oculos.s. volat⁹: ad aures vox auiū. Phytones:a pythio apolline dicti φ is auctor fuerit diuinādi. Astrologi dicti eo φ i astris augurātur. Genediaci appellati pp nataliū cōsiderationē dierū. Geneses.n. hoīuz p duodecim cęli signa describūt: siderumq₃ cursu nascētiū mores act⁹ ⁊ euētus p̄dicare conant̄.i.quis quali signo fuerit nat⁹:aut quē effectū hēat vitę q nascit̄. Hi sunt q vulgo mathematici vocant̄:cui⁹ supstitiōis gen⁹ cōstellatiōes latini vocāt:idē notatiōes siderū:quomō se habeat cū quisq₃ nascit̄. Primū aūt:idez stellaꝝ iterp̄tes magi nūcupabant̄:sic de his legit̄ q in euāgelio natū xp̄m annūciauerūt:postea hoc noie soli mathematici: Cuius artis scietia vsq₃ ad euāgeliū fuit cōcessa:vt xp̄o edito nemo exinde natiuitatē alicui⁹ de celo iterp̄taretur. Horoscopi dicti: q horas natiuitatis hoīuz speculant̄ dissimili ⁊ diuerso fatu. Sortilegi sunt:q sub noīe ficte religiōis p q̄sdaz q̄s sanctoꝝ sortes vocāt:diuinatōis scientiā profitent̄:aut quarūcūq₃ scripturaꝝ ispectiōe futura pmittūt. Salisatores vocati sunt:q₂ dū eis mēbroꝝ quecūq₃ ptes salierint: aliqd sibi exinde psperꝝ seu triste significare p̄dicūt. Ad hęc āt oīa ptinēt ⁊ ligaturę execrabiliū remedioꝝ q̄ ars medicoꝝ cōdemnat:siue i pcantatōibus siue i characterib⁹ vel in quibuscunq₃ reb⁹ suspēdendis atq₃ ligādis. In qb⁹ oībus ars demonū est ex q̄dā pestifera societate hoīuz ⁊ angelorum malorū exorta. Un̄ cuncta vitāda sūt a xp̄iano ⁊ omni penit⁹ execratiōe repudiāda atq₃ dānanda. Auguria āt auiū: phryges p̄mi iuenerunt. Prestigiū vō mercuri⁹ p̄mus dr̄ iuenisse. Dictū āt prestigiū φ p̄stringat aciē oculoꝝ. Aruspicinę artē p̄mus etruscis tradidisse dr̄ qdaz tages:hic ex horis aruspicinā dictauit:⁊ postea nō apparuit. Nā dicitur fabulose arante quodā rustico subito hūc ex glebis exiluisse ⁊ aruspicinā dictasse qua die ⁊ mortuus ē. Quos libros romani ex etrusca lingua in propriam mutauerunt.

De paganis. Cap. X.

Pagani ex pagis atheniēsiū dicti vbi exorti sunt. Ibi.n.i locis agrestib⁹ ⁊ pagis gentiles lucos idolaq₃ statuerūt:⁊ a tali initio vocabulū pagani sortiti sunt. Gētiles sūt q sine lege sūt. ⁊ nōdū crediderūt. Dicti āt gētiles q₂ ita sūt vt fuerūt geniti.i.sic i carne descēderunt sub peccato.i.idolis seruiētes ⁊ nec dū regenerati. Proinde gētiles p̄mit⁹ nūcupant̄. Ipsi dicunt̄ gręce ethnici. Ethnici.n.ex gręco i latinū interp̄tant̄ gentiles. Ethnos.n.gręce gens dicit̄. Post fidē aūt non debere vocari gētes siue gētiles eos q ex gētibus credūt:sicut post fidē dici iā nō pōt iudęus:testāte paulo aplo:⁊ dicente iam xp̄ianis. Quoniā cū gētes essetis:hoc ē ifideles. A postate dicunt̄ q post baptismū xp̄i susceptū ad idoloꝝ cultuz ⁊ sacrificioꝝ cōtaminatōes reuertunt̄. Est āt nomē gręcum.

De dijs gentium. Cap. XI.

Quos aūt pagani deos asserunt: hoīes olim fuisse pdunt̄:⁊ p vniuscuiusq₃ vita vl̄ meritis coli apud suos post mortez ceperūt:vt apud egyptū isis:apō cretā iouis: apō mauros iuba:apud latinos faunus:apō romāos qrinus. Eodē quoq₃ mō apō athēas minerua:apud samū Iuno:apō paphū ven⁹:apud lēnos vulcan⁹:apud naxos liber:apud delos apollo. In q̄ꝝ ēt laudib⁹ accesserūt ⁊ poete:⁊ cōpositis carminib⁹ in cęlū eos sustulerūt. Nā quorundā adinuētōes artiū cultū peperisse dicunt̄:vt esculapio medicina:vulcano fabrica. Ab actibus āt vocant̄:vt mercuri⁹ φ mercibus preest:liber a libertate. Fuerunt ēt ⁊ qdā viri fortes aut vrbiū cōditores:qbus mortuis hoīes q eos dilexerunt:simulacra finxerunt: vt haberent aliqd̄ ex imaginū cōtēplatione solatiū:sz paulatim hunc errorē psuadētibus demonib⁹ ita i posteris cōstat irrepsisse:vt quos illi p sola nois memoria honorauerunt: successores deos existimarēt atq₃ colerēt. Simulacrorum vsus exort⁹ ē:cū ex desiderio mortuoꝝ cōstituerent̄ imagines vel effigies tāq₃ i cęlū receptis:p qb⁹ se i terris demones colēdi supposuerūt. ⁊ sibi sacrificari a d̄ceptis ⁊ pditis psuaserūt. Simulacra āt a silitudīe nūcupata eo φ manu artificis ex lapide alia ve mā eoꝝ vult⁹ imitāt̄.i q̄ꝝ honore fingūt̄. Ergo simulacra vl̄ p eo φ sūt silia:vel p eo φ simulata atq₃ cōficta:vn̄ ⁊ falsa sūt. Et notādū φ latin⁹ s̄mo sit ⁊ nō hebreus. Apō eos.n.idolū siue simulacrū semel dr̄. Iudei dicūt φ ismahel p̄m⁹ simulacrū luto fecerit. Gētiles āt p̄mū pmetheū simulacra hoīuz de luto finxisse phibēt: ab eoq₃ natā eē artē simulacra ⁊ statuas fingēdi. Un̄ ⁊ poete ab eo hoīes primum factos esse confingunt figurate:propter effigies. Apud grecos autem cecrops:sub quo primuz

in arce oliua orta eſt: ⁊ atheniēſiū vrbs ex minerue appel
latiōe nomē ſortita ē. Hic p̄m⁹ oīu͂ ionē appellauit: ſimu
lacra repperit: aras ſtatuit: victimas imolauit: nequaq̄ iſti
uiſmodi reb⁹ i grecia vnq̄ viſis. Idolatria idoloꝝ ſeruitus
ſiue cultura iterpretaꝰ. Nā latria grece: latine ſeruit⁹ dr̄: q̄
quantū ad verā religionē attīet: nō niſi vni ⁊ ſoli deo debeꝰ.
Hāc ſicut impia ſupbia ſiue hoīū ſiue demonū ſibi exhi
beri vel iubet vel cupit: ita pia humilitas vel hoīu͂ vel an
geloꝝ ſanctoꝝ ſibi oblatā recuſat ⁊ cui debeꝰ oſtēdit. Ido
lū aūt ē ſimulacrū: qđ humana effigie factū ⁊ ꝯſecratū eſt
iuxta vocabuli iterp̄tationē. Idos.n. grece formā ſonat ⁊
ab eo p̄ diminutionē idolū deductū: eque apud nos formu
las facit. Igiꝰ oīs forma vel formula idolū ſe dici expoſcit.
Inde idolatria oīs circa oē idolū famulat⁹ ⁊ ſeruitus. Qui
dā vō latini ignorātes grece imperite dicūt idolū ex dolo
ſumpſiſſe nomē: q̄ diabolus creature cultū diuini nominis
inuexit. Demōes a grecis dictos aiunt: q̄ſi Δαιμονασ .i.
ꝑitos ac reꝝ preſcios. Preſciūt.n. futura multa. Vñ ⁊ ſolēt
reſpōſa aliq̄ dare. Ineſt.n. illis cognitio rerū plus q̄ īfirmi
tati humane: partim ſubtilioris ſenſus acumine: partim ex
periētia lōgiſſime vite: partim p̄ dei iuſſū angelica reuelatio
ne. Hi corpoꝝ aereoꝝ nā vigēt. Ante trāſgreſſionē q̄dē ce
leſtia corpora gerebāt: lapſi vō i aereā q̄litatē ꝯuerſi ſunt:
nec aeris illius puriora ſpacia: ſꝫ iſta caliginoſa tenere per
miſſi ſunt: q̄ eis q̄ſi carcer eſt: vſq̄ ad tp̄s iudicij. Hi ſunt p̄
uaricatores angeli: quoꝝ diabolus p̄nceps ē. Diabolus he
braice dr̄ deorſū fluens: qꝛ quietus i celi culmine ſtare ꝯtem
pſit: ſꝫ ſupbie pondere deorſū corruēs cecidit. Grece vero
diabolus criminator vocaꝰ: vel ꝙ crimina i que ipſe illicit
ad deū referat: vel qꝛ electoꝝ īnocentiā criminib⁹ fictis ac
cuſet. Vñ ⁊ i apocalypſi voce angelica dicꝰ. Proiect⁹ ē ac
cuſator fratrū noſtroꝝ q̄ accuſabat illos i ꝯſpectu dei nr̄i
die ac nocte. Sathanas i latinū ſonat aduerſari⁹ ſiue trāſ
greſſor. Ipſe ē.n. aduerſarius q̄ eſt vītatis inimic⁹: ⁊ ſp̄ ſctō
rū vītutibus ꝯtraire nitiꝰ. Ipſe ⁊ trāſgreſſor qꝛ p̄uaricator
effect⁹: i vītate qua ꝯditus eſt non ſtetit. Idē ⁊ tentator: qꝛ
tentādā iuſtoꝝ innocentiā poſtulat: ſicꝰ in iob ſcribiꝰ. An
tichriſtus appellaꝰ: qꝛ ꝯtra xp̄m venturus ē: non quō q̄dam
ſimplices itelligūt: antichriſtū ideo dictū ꝙ ante xp̄m ventu
rus ſit .i. poſt eū veniat xp̄us. Nō ſic: ſꝫ antichriſt⁹ grece dr̄
qđ ē latine ꝯtrius xp̄o. Anti.n. grece: i latinū ꝯtra ſignificat.
Chriſtū.n. ſe mentieꝰ dū venerit: ⁊ ꝯtra eū dimicabit: ⁊ ad
uerſabiꝰ ſacramētis xp̄i vt vītatis eius euāgeliū ſoluat. Nā
⁊ tēplū hieroſolymis reparare ⁊ oēs veteris legis cerimo
nias reſtaurare tentabit. Sꝫ ⁊ ille antixp̄s ē q̄ negat eē do
minū xp̄m. Cōtrarius.n. xp̄o eſt. Oēs.n. q̄ exeūt de eccl̄ia:
⁊ ab vnitate fidei p̄ciduntꝰ: ⁊ ipſi antixp̄i ſunt. Bel idolū ba
byloniū eſt: qđ iterp̄taꝰ vetus. Fuit.n. hic belus pater nini
p̄mus rex aſſyrioꝝ: quē q̄dā ſaturnū appellant: qđ nomē ⁊
apud aſſyrios ⁊ apud afros poſtea cultū eſt. Vñ ⁊ ligua pu
nica bal deus dicꝰ. Apud aſſyrios aūt bel vocaꝰ q̄dā ſacro
rum ſuoꝝ rōne: ⁊ ſaturnus ⁊ ſol. Beelphegor interp̄taꝰ ſi
mulacrū ignominie. Idolū.n. fuit mo ab cognomēto baal
ſup montē phogor: quē latini priapū vocāt deum hortoꝝ.
Fuit āt de lampſaco ciuitate helleſpōti: de q̄ pulſus ē: ⁊ p̄p
virilis membri magnitudinē in numerū deorū ſuorū eum
greci trāſtulerūt ⁊ in noīe ſacrauerūt hortoꝝ. Vñ ⁊ dr̄ pre
eſſe hortis p̄p eorū fecunditatē. Beelzebub idolū fuit acca
ron. qđ interp̄taꝰ vir muſcarū. Zebub.n. muſca vocatur.
Spurciſſimū igiꝰ idolū: iđ vir muſcarū vocaꝰ: p̄p ſordes
idolatrie: ſiue p̄p imūdiciā. Belial ſine iugo. Belial hebraí
ce bel dr̄ idolū niniuitarū. Behemoth ex hebrea voce i la
tinā linguā aial ſonat: p̄p ꝙ de excelſis ad terrena cecidit:
⁊ p̄ merito ſuo vt aīal brutū effect⁹ ſit. Ipſe eſt ⁊ leuiathan
.i. ſerpēs de aq̄s: qꝛ i huius ſeculi mari volubili verſaꝰ aſtu
tia. Leuiathan autem interpretatur additamentū eorum

quorū .ſ. niſi hoīum quibus in paradiſo ſemel p̄ culpā p̄ua
ricationis intulit mortē: ⁊ hanc vſq̄ ad eternā mortē quo
tidie pſuadēdo adducit vel extendit. Quedā aūt noīa deoꝝ
ſuoꝝ gentiles p̄ vanas fabulas ad rōnes phyſicas conanꝰ
traducere: eaq̄ in cauſis elemētoꝝ cōpoſita eſſe interp̄taꝰ
ſꝫ hoc a poetis totū fictū eſt: vt deos ſuos ornarent aliqui
bus figuris: quos p̄ditos ac dedecoris īfamia plenos fuiſ
ſe hiſtorie confitenꝰ. Omnio.n. fingēdi locus vacat vbi ve
ritas ceſſat. Saturnus origo deoꝝ ⁊ toti⁹ poſteritatis a pa
ganis deſignatur. Hunc latini a ſatu appellatū ferunt: q̄ſi
ad ip̄m ſatio oīu͂ p̄tineat rerū: vel a tēporis longitudine ꝙ
ſatureꝰ annis. Vñ ⁊ eū greci cronos nomē habere dicūt .i.
tp̄s: ꝙ filios ſuos fertur deuoraſſe: hoc ē annos quos tp̄s p̄
ducit in ſe reuoluit. vel eo ꝙ ſemina vnde oriunꝰ iterū
redeūt. Hūc celi p̄ris abſcidiſſe genitalia dicūt: qꝛ nihil in
celo de ſeminib⁹ naſciꝰ. Falcē tenet iquiūt p̄p agriculturā
ſignificandā vel p̄p tp̄a ⁊ ānos ꝙ i ſe redeāt: vl̄ p̄p ſapiā
ꝙ intus acuta ſit. In aliq̄bus autem ciuitatibus ſaturno li
beros ſuos gentiles immolabāt: ꝙ ſaturnū poete liberos
ſuos deuoraſſe ſolitū tradiderunt. Iouis fertur a iuuando
dictus: ⁊ iupiter quaſi iuuans pater: hoc eſt oībus p̄ſtās.
Hunc ⁊ priuato titulo iouem optimū dixerunt: dū fuiſſet
inceſtor in ſuis: impudicus in extraneis: quē modo taurū
fingunt propter europe raptū: fuit.n. in naui cuius inſigne
erat taurus: modo danaes per imbrem aureū appetiſſe cō
cubitū: vbi intelligiꝰ pudicitiā mulieris ab auro fuiſſe cor
ruptam: modo i ſimilitudinē aquile fuiſſe: propter ꝙ pue
rum ad ſtuprū rapuerit: modo ſerpētē: qꝛ reptauerit: ⁊ cy
gnum qꝛ cantauerit. Et ideo non figure iſte ſunt: ſed plane
de veritate ſcelera. Unde turpe erat tales deos credi: qua
les homines eſſe non debeant. Ianum dicunt quaſi mūdi
vel celi vel menſium ianuam. Duas iani facies faciunt: p̄p
orientē ⁊ occidentē. Cum vero faciunt eum quadrifron
tem ⁊ ianum geminum appellant: ad quattuor mundi par
tes hoc referunt vel ad quattuor elementa ſiue tempora.
Sed dum hoc fingunt: monſtrum: non deū faciūt. Neptu
num aquas mundi predicant: ⁊ dictus ab eis neptunus q̄ſi
nube tonans. Vulcanum volunt ignem: ⁊ dictus vulcan⁹:
q̄ſi volans candor: vel quaſi volicanus: ꝙ per aerē volet.
Ignis enim de nubibus naſcitur: vnde etiā Homerus di
cit eum precipitatū de aere in terras: ꝙ omne fulmen de
aere cadit. Iccirco aūt vulcanus de femore iunonis fingiꝰ
natus: ꝙ fulmina de imo aere naſcuntur. Claudus autem
dicitur vulcanus: qꝛ per naturam nūq̄ eſt rectus ignis: ſꝫ
quaſi claudus: eiuſmodi ſpeciem motumq̄ habet. Ideo āt
in fabrorum fornace eundem vulcanum auctorē dicūt: qꝛ
ſine igne nullum metalli genus fundi extendiq̄ poteſt.
Pluton grece latine dieſpiter vel dis pater: quē alij orcū
vocant: quaſi receptorem mortiū. Unde ⁊ orca nuncupa
tur vas quod recipit aquas. Ipſe ⁊ grece charon. Liberū a
liberamento appellatum volunt. ꝙ quaſi mares in coeun
do per eius beneficiū emiſſis ſeminibus liberentur: ꝙ idē
liber muliebri ⁊ delicato corpore pingitur. Dicūt.n. mulie
res ei attributas: ⁊ vinum propter excitandam libidinem.
Unde ⁊ frons eius pampino cingitur: ſed ideo coronā vit
team ⁊ cornu habet: qꝛ cum grate ⁊ moderate vinum bibi
tur: leticiam preſtat: cum vltra modum: excitat lites .i. qua
ſi cornua dat. Idem autem ⁊ lieus apo tu lyin .i. ab hac diſ
ſolutione: ꝙ multo vino mēbra ſoluantur. Iſte ⁊ grece dio
nyſius: a monte indie nyſo: vbi dicitur eſſe nutritus. Cete
rum eſt ⁊ nyſa ciuitas in qua colitur idem liber. vnde ⁊ ny
ſeus dictus eſt. Mercurius ſermo interpretatur. Nā ideo
mercurius quaſi medius currēs dicitur appellatus: ꝙ ſer
mo currat inter homines medi⁹. Iđ ⁊ hermes grece: ꝙ ſer
mo vel interpretatio: que ad ſermonem vtiq̄ pertinet her
menia dicitur. Ideo ⁊ mercibus preeſſe: quia inter vendē

tes ⁊ ementes ſermo fit medius. Qui iđ fingiꝰ habere pen
nas: qꝛ citius verba diſcurrūt: vñ ⁊ velox ⁊ errans induciꝰ.
Alas eius i capite ⁊ in pedibus: ſignificare volucrē fieri per
aera ſermonem. Nunciū dictum: qm̄ per ſermonē oīa cogi
tata enūcianꝰ. Ideo aūt hūc furti magiſtꝝ dicūt: qꝛ ſermo
animos audiētiū fallit. Virgam tenet qua ſerpētes diuidit
.i. venena. Nā bellātes ac diſſidētes iterpretū oratōe ſedā
tur: vñ ⁊ ſ̄m Liuiū: legati pacis caduceatores dicūꝰ. Sicut
enim p̄ feciales bella idicebanꝰ: ita pax p̄ caduceatores fie
bat. Hermes aūt grece diciꝰ apo tes hermēias: latine inter
pres q̄ ob virtutē multarūq̄ artiū ſcientiā trimegeſtus .i.
ter maximus noiatus eſt. Cur aūt eū capite canino fingūt:
hec ratio diciꝰ: ꝙ inter omnia animalia canis ſagaciſſimū
gen⁹ ⁊ perſpicax habeat. Martē deū belli eſſe dicūt ⁊ mar
tem appellatū: qꝛ per viros pugnaꝰ: vt ſit mars quaſi mas:
licꝫ ⁊ tria ſint genera cōſuetudinum ſicut ſcythaꝝ: vbi ⁊ fe
mine ⁊ viri i pugnā eunt. Amazonū: vbi ſole femine. Ro
manoꝝ aliarūq̄ gētiū: vbi ſoli mares. Item martē dicunt:
quaſi effectorē mortiū. Nam a marte mors nūcupaꝰ. Vñ
⁊ adulteꝝ dicūt: quia belligerātibus incertus ē. Qꝛ vero nu
do pectore ſtat: vt bello ſe quiſq̄ ſine formidie cordis obij
ciat. Mars aūt apud grecos gradiu⁹ diciꝰ: eo ꝙ i bello gra
dum inferant qui pugnant: aut ꝙ impigre gradianꝰ. Apolli
nem q̄uis diuinatorem ⁊ medicū vellēt: ipſum tamē ſolē
etiā dixerūt: quaſi ſolū. Ipſū titan quaſi vnū ex titanis q̄
aduerſum iouem nō fecit. Ipſū phebū: quaſi ephebū: hoc
eſt adoleſcētem. Vñ ⁊ ſol puer pingiꝰ: eo ꝙ quotidie oriaꝰ
⁊ noua luce naſcaꝰ. Pythiū quoq̄ eūdem apollinē vocari
a victa pythone imenſe molis ſerpēte: cuius nō magis vene
na q̄ magnitudo terrebat. Hūc apollo ſagittaꝝ ictib⁹ ſter
nens: nominis quoq̄ ſpolia reportauit: vt pythius vocareꝰ.
Vñ ⁊ ob hoc inſigne victorie pythia ſacra celebrāda cōſti
tuit. Dianā quoq̄ ſororem ei⁹ ſimiliter lunā ⁊ viaꝝ preſidē
aiūt. Vñ ⁊ virginem eā volūt: ꝙ via nihil pariat: ⁊ iđ ambo
ſagittas habere fingūtur: ꝙ ipſa duo ſidera de celo radios
vſq̄ ad terras emittūt. Dianā āt vocatā: quaſi diānā: ꝙ lu
na die ac nocte appareat. Ipſā ⁊ lucinā aſſeuerant: eo ꝙ lu
ceat. Eandē ⁊ triuiam eo ꝙ tribus fingaꝰ figuris. De qua
Virgilius: tria virginis ora diane: qꝛ eadē luna: eadem dia
na ⁊ eadem p̄ſerpina vocaꝰ. Sed cū luna fingiꝰ: ſub luſtri
ſplendet amictu: cū ſuccicta iacit calamos latonia virgo ē:
cum ſubnixa ſedet ſolio plutonia cōiunx. Latonia aūt dia
na eo ꝙ latōis fuerit filia: Cererē .i. terrā a creādis frugib⁹
aſſerunt dictam: appellantes eam nominibus plurimis. Di
cunt etiam eam ⁊ opem: ꝙ opere melior fiat terra. Proſer
pinam: ꝙ ex ea proſerpant fruges. Veſtā: ꝙ herbis vel va
rijs veſtita ſit rebus: vl̄ a vi ſua ſtādo. Eādē ⁊ tellurē: ⁊ ma
trem magnā fingūt: turritā cū tympano ⁊ gallo ⁊ ſtrepitu
cymbaloꝝ. Matrē vocatā ꝙ plurima pariat: magnā ꝙ ci
bum gignat: almā q̄a vniuerſa animalia fructib⁹ ſuis alit
Eſt enī alimentoꝝ nutrix terra. Qꝛ ſimulacrū eius cū cla
ui fingiꝰ: qꝛ tellus hyeme claudiꝰ: vere aperiꝰ: vt fruges na
ſcanꝰ. Qꝛ tympanū habet ſignificare volunt orbem terre
Qꝛ curru vehiꝰ: diciꝰ: quia ip̄a eſt terra que pendet in aere.
Qꝛ ſuſtineꝰ rotis: qꝛ mūdus rotaꝰ ⁊ volubilis eſt. Qꝛ leōes
illi ſubijciunt manſuetos: vt oſtendant nullum genus eſſe
terre tam ferū quod nō ſubigi poſſit aut ſuperari ab ea. Qꝛ i
capite turritā geſtat coronā oſtēdit ſuppoſitas terre ciuita
tes quaſi inſignitas turrib⁹ conſtare. Qꝛ ſedes fingūꝰ circa
eā: quia cū omnia moueanꝰ ipſam nō moueri. Qꝛ coriban
tes eius miniſtri cū ſtrictis gladijs eſſe fingūꝰ vt ſignificeꝰ
omnēs pro terra ſua debere pugnare. Qꝛ gallos huic dee vt
ſeruirent fecerūt: ſignificant qui ſemine indigeant terram
ſequi oportere. In ea quippe omnia reperire. Qꝛ ſe apud eā
iactāt: precipiꝰ inquiunt: vt qui terrā colūt: ne ſedeāt: ſem
per enī eſſe quod agant. Cymbaloꝝ aūt ereoꝝ ſonitus: fer

ramentoꝝ crepitus in colendis agris: ⁊ ideo ere: ꝙ terrā an
tiqui colebāt ere prius q̄ ferꝝ eſſet inuētum. Eandē veſtā
⁊ ignem eſſe p̄hibēt: qꝛ terrā ignē habere nō dubiū eſt: vt
ex ethna vulcanoq̄ datur intelligi. Et ideo virginē putāt: qꝛ
ignis inuiolabile ſit elementū: nihilq̄ naſci poſſit ex eo q̄p
pe qui omnia q̄ arripuerit aſſumat. Ouidius in faſtis. Nec
tu aliud veſtam: q̄ viuā intellige flammā. Nataq̄ de flā
ma corpora nulla vides. Propterea ⁊ virgines ei ſeruire di
cūtur: eo ꝙ ſicut ex virgie: ita nihil ex igne naſcaꝰ. Iunonē
dicūt quaſi ianonem .i. ianuā: pro purgatiōibus feminarū:
eo ꝙ quaſi portas matronaꝝ pandat: ⁊ naturas nubētium
maritis: ſꝫ hoc philoſophi. Poete aūt iunonē iouis aſſerūt
ſororē ⁊ cōiugē. Ignē enī ⁊ aerē iouē: aquā ⁊ terrā iunonē
iterpretanꝰ. Quoꝝ duoꝝ p̄mixtione vniuerſa gignūtur. Et
ſororē dicūt: ꝙ mūdi pars eſt. Cōiugē: ꝙ ꝯmixta corda tun
dit. Vñ ⁊ virgilius. Tū pater omnipotēs fecūdis imbrib⁹
ether. Cōiugis in gremiū lete deſcēdit. Minerua apō gre
cos athena dicitur .i. femina. Apud latinos aūt mineruam
vocarā quaſi deam: ⁊ munus artiū variaꝝ. Hāc enim inuē
tricē multoꝝ ingenioꝝ perhibēt: ⁊ inde eā artem ⁊ ratio
nem iterpretāꝰ: qꝛ ſiue ratiōe nihil poteſt cōtineri. Que rō
qꝛ ex ſolo animo naſciꝰ: animūq̄ putāt eſſe i capite ⁊ i cere
bro ideo eam dicūt de capite iouis eſſe natam: quia ſenſus
ſapiētis qui inuēit omnia i capite eſt. In cuius pectore ideo
caput gorgonis fingiꝰ: ꝙ illic eſt omnis prudētia que cōfun
dit alios: ⁊ imperitos ac ſaxeos comprobat: qđ ⁊ i antiquis
imperatoꝝ ſtatuis cernimus i medio pectore lorice p̄p inſi
nuādā ſapiētiā ⁊ virtutē. Hec minerua ⁊ tritōia diciꝰ. Tri
ton enī africe palus ē circa quā ferꝰ virgiali appuiſſe etate:
p̄p qđ tritonia nūcupata ē. Vñ ⁊ tāto p̄cliuius dea credita
eſt: q̄āto minus origo eius inotuit. Pallas aūt dicta vl̄ ab
īſula pallene i thracia i q̄ nutrita ē: vel apo tu pallein to do
ry .i. ab haſte ꝯcuſſiōe: vel ꝙ pallātē gigātē occiderit. Vene
rē ex ide dicūt nūcupatā ꝙ ſine vi femina eē virgo nō deſi
nat. Hāc greci aphroditi vocāt: p̄p ſpumā ſanguis generā
tē. Aphros.n. grece ſpuma vocaꝰ. Qꝛ aūt fingūt ſaturnū ce
lio p̄ri gēitalia abſcidiſſe: ⁊ ſanguinē fluxiſſe i mari: atq̄ eo
ſpuma maris ꝯcreta ven⁹ nata ē: illud aiūt: ꝙ p̄ coitū ſalſi
hūoris ſuba ē: ⁊ ide aphroditi venerē dici: ꝙ coitus ſpuma
ē ſanguinis: q̄ ex ſuco viſceꝝ liq̄do ſalſoq̄ ꝯſtat. Iđ autē ve
nerē vulcāi dicūt vxorē: qꝛ venereū officiū n̄ niſi calore cō
ſiſtit: vñ ē. Frigidus i venerē ſenior. Nā ꝙ ſaturn⁹ diciꝰ ce
lio p̄ri virilia amputaſſe que i mare cadētia venerē creaue
rūt iđ fingiꝰ: qꝛ niſi humor de celo i terrā deſcenderit: nihil
creaꝰ. Cupidinē vocatū ferūt p̄p amorē. Eſt enī demon for
nicatōis. Qui iđ alatus pingiꝰ: qꝛ nihil amātib⁹ leui⁹: nihil
mutabili⁹ iueniꝰ. Puer pingiꝰ: qꝛ ſtult⁹ ē ⁊ irrōnabiꝰ amor
Sagittā ⁊ facē tenere fingiꝰ: ſagittā qꝛ amor cor vulnerat:
facē qꝛ iflāmat. Pan dicūt greci: latini ſiluanū deū ruſtico
rū: quē i nature ſimilitudinē formauerūt. Vñ ⁊ pan dict⁹
ē .i. omne. Fingūt enī eū ex vniuerſali elemētoꝝ ſpecie. Ha
bet enī cornua i ſimilitudinē radioꝝ ſolis ⁊ lune. Diſtictā
maculis habet pellē: p̄pter celi ſidera. Rubet eius facies:
ad ſimilitudinē etheris. Fiſtulā ſeptē calamoꝝ geſtat: pro
pter harmoniā celi i qua ſeptē ſūt ſoni ⁊ ſeptē diſcrimia vo
cū. Villoſus ē qꝛ tellus ꝯueſtita eſt: ⁊ agiꝰ vētis. Pars ei⁹
īferior feda eſt: p̄pter arbores ⁊ feras ⁊ pecudes. Caprinas
vngulas habet: vt ſoliditatē terre oſtēdat: quē volūt reꝝ ⁊
totius nature deū: vñ ⁊ pan quaſi omnia dicūt. Iſis lingua
egyptioꝝ terra appellaꝰ: quā iſin volūt eſſe. Fuit enī iſis
regina egyptiorum inachi regis filia que de grecia veniēs
egyptios litteras docuit: ⁊ terras colere iſtituit: propter qđ
⁊ terram eius nomine appellauerunt. Serapis omniū ma
ximus egyptiorum deus. Ipſe eſt apis rex argiuorum qui
nauibus trāſuectus in egyptum cum ibidē mortuus fuiſ
ſet: ſerapis appellatus eſt propterea qꝛ archa in q̄ mortuus

ff

ponitur:quã ſarcophagũ vocant:ſoros grece dicit̃:⁊ ibi euʒ venerari ſepultũ ceperunt prius q̃ templũ eius eſſet iſtructũ:velut ſoros.Sʒ apis ſorapis p̃mo:deide vna littera cõmutata ſerapis dictꝰ eſt.Apis fuit apud egyptios taurus ſerapi ↄſecratus ⁊ ab eo ita cognominatus: quẽ egyptij iſtar numinis colebant:eo ꝙ de futuris daret quedam manifeſta ſigna.Apparebat enim in memphis.Quẽ centũ antiſtites ꝓſequebant̃ ⁊ repẽte velut lymphatici ꝑcinebant.Huius capitis imaginẽ ſibi in heremo videri fecerũt. Fauni a fando velut apo tes phones dicti:ꝙ a voce:nõ ſignis oſtendere viderent̃ futura.In lucis eñi cõſulebãtur a paganis:⁊ reſpõſa illis nõ ſignis ſʒ vocibus dabãt.Geniũ dicũt ꝙ quaſi vim habeat omniũ rerꝝ gignẽdarꝝ:ſeu a gignẽdis liberis. Unde ⁊ geniales lecti dicebãtur a gentibꝰ: q nouo marito ſternebant̃. Hec ⁊ alia ſunt gentiliũ fabuloſa figmẽta que iterpretata ſic habent̃ vt ea nõ itellecta dãnabiliter tamẽ adorẽt.Fatũ aũt dicũt eſſe quicqd dij fant̃: quicqd iupiter fatur.A fando igit̃ fatũ dicũt.i.a loquendo.Qð niſi hoc nomẽ iam in alia re ſoleret intelligi quo corda hominũ volumus inclinare:ratiõabilr poſſemus a fando fatuʒ appellare. Nõ eñi abnuere poſſumus eſſe ſcriptũ in litteris ſanctis: ſemel locutus eſt deus:duo hec audiui:⁊ cetera.Qð eñi dcm̃ eſt:ſemel locutus eſt:intelligit̃ immobiliter:hoc eſt incommutabiliter eſt locutꝰ:ſicut nouit incõmutabiliter oia q̃ futura ſunt ⁊ que ipſe facturus ẽ.Tria aũt fata fingũt i colo:⁊ fuſo:digitiſq; fila ex lana torquẽtibus: ꝓpter tria tempora: ꝑteritũ:qð in fuſo iam netũ atq; inuolutũ eſt:pñs:qð iter digitos nentis traycit̃ : futurũ in lana q̃ colo implicata ẽ: ⁊ qð adhuc ꝑ digitos nentis ad fuſum tãq̃ preſens ad preteritũ traijciendũ eſt.Parcas dicũt cata antiphraſin appellatas ꝙ minime parcãt.Quas tres eſſe voluerũt:vnã que vitaʒ hominis ordiat̃:alterã que cõtexat:tertiã que rumpat. Incipimꝰ eñi cũ naſcimur:ſumus cũ viuimus: deſinimꝰ cũ interimus.Fortunã a fortuitis nomẽ habere dicunt: quaſi deam quãdaʒ res humanas varijs caſibus ⁊ fortuitis illudentem.Unde ⁊ cecam appellãt:eo ꝙ paſſim in quoſlibet incurrẽs ſine vllo examine meritorꝝ ⁊ ad bonos ⁊ ad malos venit.Fatũ aũt a fortũa ſeparãt : ⁊ fortunã quaſi ſit i his q̃ fortuitu veniũt:nulla palaʒ cauſa. Fatũ vero appoſituʒ ſingulˀ ⁊ ſtatutũ aiũt.Aiũt ⁊ tres furias feminas crinitas ſerpẽtibus propter tres effectus qui in animis hoiũ mltas perturbatões gignũt:⁊ interdũ cogũt ita delinquere: vt nec fame nec periculi ſui reſpectũ habere ꝑmittãt.Ira que vindictã cupit:cupiditas que deſiderat opes: libido que appetit voluptates:Que ideo furie appellãtur ꝙ ſtimulis ſuis mẽtem feriant:⁊ quietã eſſe nõ ſinãt. Nymphas deas aquarũ putãt:dictas a nubibꝰ.Nã ex nubibus aque: vñ deriuatuʒ eſt:nymphas aquarꝝ deas:quaſi numina lymphatũ. Ipſas autẽ dicũt ⁊ muſas:quas ⁊ nymphas:nec immerito . Nam aque motus muſicen efficit. Nympharꝝ apud gẽtiles varia ſunt vocabula.Nymphas quippe mõtiũ oreades dicũt:ſiluarꝝ dryades:fontiũ hamadriades:camporꝝ naides:maris nereides.Heroas dicũt a iunone traxiſſe nomẽ.Grece eniʒ iuno hera apellat̃.Et ideo neſcio:quis filius eius ꝑm grecorum fabulaʒ heros fuit nũcupatus:hoc videlicet velut myſticũ ſignificante fabula qð aer iunoni deputet̃ vbi volunt heroas habitare. Quo nomine appellãt alicuiꝰ meriti animas defunctorꝝ quaſi heroas.i.viros aereos ⁊ celo dignos propter ſapiẽtiaʒ ⁊ fortitudinẽ.Penates gentiles dicebant omnes deos quos domi colebãt.Et penates dicti ꝙ eſſent in penetrabilibus.i.in ſecretis. Hi dij quõ vocabant̃ vel q̃ nomina habuerint ignorat̃.Manes dicũt deos mortuorꝝ quorꝝ poteſtatem inter lunam ⁊ terram aſſerũt:a quibus ⁊ mane dictũ exiſtimant:ꝙ putant habere:qua manus.i.rarus eſt.Manes dictos ſiue qr late manant ꝑ auras: ſiue qr mites ſunt:immanibus contrario nomine hoc appellatos.

Apuleius aũt ait eos cata antiphraſin dici manes:hoc ẽ mites ac modeſtos cũ ſint terribiles ⁊ immanes: vt parcas:vt eumenidas.Laruas ex hominibus factos demones aiũt: qui meriti mali fuerint:Quarũ natura eſſe dicitur:terrere paruulos ⁊ in angulis garrire tenebroſis.Lamias quas fabule tradũt infantes corripere ac laniare ſolitas: a laniãdo ſpecialiter dictas.Piloſi qui grece panite: latie icubi appellant̃:ſiue inui ab ineũdo paſſim cũ aĩalibꝰ. Unde ⁊ icubi dicũt̃ ab incubãdo hoc eſt ſtuprãdo. Sepe eñi improbi exiſtũt etiã mulieribꝰ:⁊ earꝝ peragũt cõcubitũ:quos demones galli duſios nũcupant:qr aſſidue hãc peragũt immundiciã.Quẽ aũt vulgo incubonẽ vocãt:hũc romani faunuʒ ficarium dicũt:ad quẽ Oratius dicit. Faune nympharꝝ fugiẽtium amator ꝑ meos fines:⁊ aprica rura lenis incedas. Hunc alij ſatyrum vocant.

¶ Incipit liber nonus.

¶ De linguis gentium. Cap. I.

LInguarum diuerſitas exorta ẽ in edificatõe turris poſt diluuiũ.Nã ꝑus q̃ ſupbia turris illius i diuerſos ſignorꝝ ſonos humanã diuideret ſocietatẽ: vna oiuʒ nationũ lingua fuit q̃ hebrea vocat̃: qua priarche ⁊ prophete vſi ſũt nõ ſolũ in ſermõibꝰ ſuis: verũ etiã i litteris ſacris. Initio ãt quot gẽtes: tot lingue fuerũt.Deide plures gẽtes: q̃ lingue:qr ex vna lingua multe gẽtes ſunt exorte. Lingue ãt dicte i hoc loco ꝑ verbis que ꝑ linguã fiũt genere locutõis illo quo is qui efficit per id qð efficit̃ nominat̃ : ſicut os dici ſolet ꝑ verbis:ſicut manꝰ pro litteris. Tres ſunt aũt lingue ſacre:hebrea:greca:latia:que toto orbe maxime excellunt. His eñi tribꝰ linguis ſup crucẽ dñi a pilato fuit cauſa eius ſcripta.Uñ ⁊ propter obſcuritatem ſanctarꝝ ſcripturaruʒ:harũ triũ linguarꝝ cognitio neceſſaria ẽ:vt ad alterã recurrat̃:dũ ſi quã dubitationẽ nois vel interpretatiõis ſmo vniꝰ lingue attulerit.Greca aũt lingua iter ceteras gentiuʒ clarior habet̃.Eſt eñi ⁊ latinis ⁊ omnibꝰ linguis ſonantior: cuius varietas in quinq; partibꝰ diſcernit̃.Quarꝝ prima dicit̃ cenedo.i.mixta:ſiue cõmunis:qua omnes vtuntur. Secunda attica:videlicet athenienſis:qua vſi ſunt omnes grecie auctores.Tertia dorica quã habẽt egyptij ⁊ ſyri. Quarta ionica. Quinta eolia qua ſe eoliſti locutos dixerũt:⁊ ſunt in obſeruatõe grece lingue eiuſmodi certa diſcrimina.Sermo enim eorum ita eſt diſpartitus. Latinas autẽ linguas quattuor eſſe quidam dixerunt:id eſt priſcam:latinam:romanaʒ:mixtam. Priſca eſt qua vetuſtiſſimi italie ſub iano ⁊ ſaturno ſunt vſi incõdita: vt ſe habẽt carmina ſaliorum. Latina:quam ſub latino ⁊ regibus tuſcie:ceteri i latino ſũt locuti:ex qua fuerũt.i z.tabule ſcripte. Romana que poſt reges exactos a populo romão cepta eſt:quaʒ neuius: plautus: ennius: virgilius poete:⁊ ex oratoribus graccus cato ⁊ cicero vel ceteri effuderunt.Mixta que poſt imperium latius promotum ſimul cum moribus ⁊ hominibus in romanam ciuitatem irrupit:integritatem verbi per ſoleciſmos ⁊ barbariſmos corrumpens. Omnes autem orientis gentes in gutture linguã ⁊ verba collidũt:ſicut hebrei ⁊ ſyri. Oẽs mediterranee gẽtes in palatũ ſermões feriunt ſicut greci ⁊ aſiani.Oẽs occidẽtis gẽtes verba in dẽtibus frãgunt:ſicut itali ⁊ hiſpãi.Syrus ⁊ chaldeus:vicinꝰ hebreo eſt in ſermone conſonans in pleriſq; ⁊ litterarum ſono.Quidam autem arbitrant̃ linguã ipſam eſſe chaldeã:qr abraã de chaldeis fuit.Qr ſi hoc recipit̃:quõ in Daniele hebrei pueri linguaʒ quã nõ nouerãt doceri iubẽtur: Oẽʒ aũt linguã vnuſquiſq; hoiuʒ:ſiue grecã ſiue latinã ſiue ceterorꝝ gentiũ.aut audiẽdo poteſt tenere:aut legẽdo:aut ex ꝑceptore accipere.Cuʒ aũt oiuʒ linguarꝝ ſciẽtia difficilis ſit cuiq;:nemo tamẽ tam deſidioſus eſt vt in ſua gẽte poſitus ſue gẽtis liguã neſciat. Nã quid aliud putãdus eſt:niſi aĩalium brutorꝝ deterior: Illa enim ꝓprie vocis clamorẽ exprimũt:iſte deterior qui ꝓprie lingue caret notitia.Cuiuſmodi aũt lingua locutꝰ eſt deus in ꝑncipio mũdi cũ diceret:fiat lux:difficile eſt inenire.Nondũ enim erãt lingue.Itẽ qua lingua iſonuit poſtea exterioribꝰ hominũ auribꝰ maxime ad ꝑmũ hoiẽʒ loquẽs vel ad ꝓphetas:vel dum corporaliter iſonuit vox dicẽtis tu es filius meus dilectꝰ. vbi a quibuſdã credit̃ illa ligua vna ⁊ ſola que fuit anteq̃ eſſet linguarꝝ diuerſitas. In diuerſis aũt gẽtibus credit̃ ꝙ eadẽ lingua illis deus loquat̃ qua ipſi hoies vtunt̃ vt ab eis itelligat̃. Loquit̃ aũt deus hoibus nõ ꝑ ſubſtãtiã inuiſibilẽ:ſed ꝑ creaturã corporaleʒ ꝑ quã etiã ⁊ hoibus apparere voluit qñ locutꝰ eſt.Dicit etiã apoſtolus.Si linguis hominũ loquar ⁊ angelorꝝ: vbi q̃rit̃. qua ligua angeli loquãtur:nõ ꝙ angelorꝝ alique ligue ſint: ſed ꝑ exaggerationẽ dr̃.Itẽ q̃rit̃:qua ligua in futurꝝ hoies loquant̃:nuſq; reperit̃. Nã dicit aplus.Siue lingue ceſſabũt.Ideo aũt ꝑus de linguis ac deide de gẽtibus poſuimꝰ: qr ex linguis gẽtes:nõ ex gẽtibꝰ lingue exorte ſunt.

¶ De gentium vocabulis. Caplm. II.

GEns eſt mltitudo ab vno ꝑncipio orta:ſiue ab alia natiõe:ꝑm ꝓpriã collectionẽ diſtincta:vt grecie aſie. Hic ⁊ gẽtilitas dicit̃.Gẽs aũt appellata ꝓpter gñatiões familiarꝝ.i.a gignẽdo:ſicut natio a naſcẽdo.Gẽtes aũt a quibus diuiſa eſt terra.i5.ſunt.De iafeth.30. ⁊ vna.de cham.z7.de ſem.zi.que fiũt.73. vel potius vt ratio declarat.7z.totidẽq; ligue ꝑ terras eẽ ceperũt:queq; creſcendo ꝓuintias ⁊ iſulas ipleuerũt.Filij ſem quinq; ſingulariter gẽtes ſingulas ꝓcreauerũt.Quorꝝ ꝑmus elam:a quo elamite ꝑncipes ꝑſidis:Secũdus aſſur. a quo aſſyriorꝝ pullulauit iperiũ.Tertiꝰ arfaxat.a quo gẽs chaldeorꝝ exorta eſt.Quartꝰ ludi.a quo lydij.Quitus araʒ a quo ſyri:quorꝝ metropolis fuit damaſcus.Filij arã nepotes ſem.4.hus ⁊ vl ⁊ gether ⁊ meſa. Hus traconiditis ↄditor q iter paleſtinã ⁊ celeſyriã tenuit ꝑncipatũ.vñ fuit iob. ꝑm qð ſcriptũ eſt.Uir erat in terra hus noie iob.Secũdus vl.a quo armenij.Tertius geter:a quo carmeni ſiue carie. Quartus meſa:a quo ſũt hi q vocant̃ meones. Poſteritas arfaxat filij ſem heber nepos arfaxat:a quo hebrei ſũt . Jectan filiꝰ heber:a quo gẽs indorꝝ orta ẽ.Sale filiꝰ iectan:a quo bactriani:lʒ eos alij ſcytharũ exules ſuſpicent̃ . Iſmael filiꝰ abraam:a quo iſmabelite:q nũc corrupto noie ſaraceni q̃ſi a ſara:⁊ agareni ab agar. Nabaioth filiꝰ iſmahel:a quo nabathei q ab effrata i mari rubro inhabitãt. Moab ⁊ ãmon filij loth:a quibus moabite ⁊ ãmonite. Edom filius eſau:a quo idumei. He ſũt gentes q̃ de ſem ſtirpe deſcẽdũt: poſſidentes terrã meridianã:ab ortu ſolis vſq; ad fenices. Filij cham quattuor:ex quibus orte ſũt gẽtes he.Chus a quo ethiopes ꝓgeniti.Meſraim:a quo egyptij ꝓhibẽtur exorti Futh a q̃ libij.Uñ ⁊ mauritanie fluuiꝰ vſq; i pñs futh dr̃: omniſq; circa eum regio futẽſis.Chanaan a quo afri ⁊ fenices ⁊ chananeorꝝ decẽ gẽtes.Itẽ ex nepotibꝰ cham.Filij chus nepotis cham ſex.Filij chus ſaba et euilath ſabatha rema ſaba cuca.Saba.a quo ꝓgẽiti ⁊ appellati ſabei.de quibꝰ Uirgiliꝰ.Solis eſt thurea v̄ga ſabeis. Hi ſũt ⁊ arabes.Euilath: a quo getuli in parte remotioris africe heremo coherẽtes. Sabatha.a quo ſabateni q nũc aſtabari noiant̃. Rema vo ⁊ ſaba ⁊ cuca paulatiʒ antiq̃ vocabula ꝑdiderũt:⁊ que nũc a veteribus habeant ignoratur.Filij rema ſaba et dadan. Hic autem ſaba per ſin litteram ſcribitur in hebreo.ille autem ſuperior ſaba per ſamech:a quo appellantur ſabei. vocatur autem nũc:ſaba arabia.Dadan a quo gẽs eſt ethiopie in occidentali plaga: Filij meſraim. Labin a quo libij q quondam futhei vocabãt̃.Ceſloim:a quo philiſtijm quos veteres allophillos:nos modo corrupte palleſtinos appellamus.De allophilis cetere ſex gentes ignote ſunt:que bello ethiopico ſubuerſe vſq; ad obliuionem preteritorum nominũ peruenerunt.Filij chanaan vndeci:ex quo chananeorum decem gentes:quorum terraʒ his expulſis iudei poſſederunt.Quoruʒ primogenitus ſidon:a quo ſidones. Unde vrbs eorum in fenice ſidon vocatur.Secundus eth:a quo ethei.Tertius iebus:a quo iebuſei:quorum fuit irlm. Quartus amorreus:a quo amorrei. Quintus gergeſeus a quo gergeſei.Sextus eueus a quo euei.Ipſi ſunt gabaonite a ciuitate gabaon q ſupplices venerũt ad ieſũ. Septimꝰ aracheus qui archas condidit oppidum contra tripolim i radicibus libani ſituʒ.Octauus aſeneus a quo aſenei. Nonus aradius:a quo aradij ſũt:qui aradum inſulam poſſiderũt:anguſto freto a fenicis littore ſeparatã.Decimus amareus.a quo ſyrie nobilis ciuitas que vocatur coelis.Undecimus amatheus. He ſunt gentes de ſtirpe chã que a ſidone vſq; ad gaditanũ fretũ omnẽ meridianã partem tenẽt. Item tribꝰ filiorũ iafeth.Filij aũt iafeth.vij.noiantur.Gomer:ex quo galathe.i.galli.Magog a quo arbitrantur ſcythas ⁊ gotthos traxiſſe originẽ.Madai a quo medos exiſtere putant.Iauan a quo iones:qui ⁊ greci.Unde ⁊ mare ioniũ.Tubal:a quo hiberi q ⁊ hiſpani:licʒ quidam ex eo ⁊ italos ſuſpicentur.Moloch:ex quo capadoces ſunt: Unde ⁊ vrbs apud eos vſq; hodie maleca dicit̃. Tiras ex quo traces:quorꝝ non ſatis imutatũ vocabulũ eſt:quaſi tiraces. Filij gomer nepotes iafeth:aſſenes:a quo ſarmate:quos greci reginos vocant. Rifath:a quo paphlagones.Gotorma:a q̃ ſunt friges.Fiij iauan:eliſa a quibus greci eliſei q vocantur eolides.Unde ⁊ lingua quita grece eolis appellat̃. Tarſis: a quo cilices vt ioſephus arbitratur.Unde ⁊ metropolis ciuitas eorum tarſis dicit̃.Cethim:a quo cithei.i. cyprij a quibus hodie ⁊ vrbs cithiuʒ nominat̃. Dodani:a quo rhodij He ſunt gentes de ſtirpe iafeth:que a tauro monte ad aquilonem mediã partem aſie ⁊ omnẽ europã vſqʒ ad oceanuʒ britannicũ poſſident noia et locis et gentibꝰ relinquẽtes:õ quibꝰ poſtea imutata ſũt plurima:cetera permanẽt vt fuerũt. Nam multarũ gentiũ vocabula partim manſerũt: ita vt hodie appareat vnde fuerant deriuata ſicut ex aſſur aſſyrij:ex heber hebrei: partiʒ vero temporis vetuſtate ita mutata ſunt vt vix homines doctiſſimi antiquiſſimas hiſtorias perſcrutantes:nec omniũ:ſed nec aliquarꝝ ex iſtis origines gentiũ potuerint reꝑire. Nam ꝙ ex filio cham q vocabatur meſraim egyptij ſint exorti:nulla hoc reſonat origo vocabuli:ſicut nec ethiopũ:q dicunt̃ ad eum filiũ chaʒ ꝑtinere q chus appellatꝰ eſt.Et ſi omnia conſiderent̃: plima tñ gentiũ mutata q̃ manẽtia vocabula apparẽt:qbꝰ poſtea nomina diuerſa:diuerſa dedit ratio. Nãqʒ indi ab indo flumine dicti ſũt:q ab occidentali parte eos includit.Seres a proprio oppido nomen ſortiti ſũt:gens ad orientẽ ſita: apð quos de arboribus lana contexit̃:de quibꝰ eſt illud. Ignoti facie ſed non vellere ſeres.Gangaride ꝓpli ſũt inter aſſyrios idoſqʒ ĩhabitãtes circa gangen fluuiũ. vnde etiam gangaride nũcupati ſũt. Hyrcani dicti ſũt a ſilua hyrcania vbi ſũt plĩme tigres.Bactriani ſcythe fuerũt qui ſuoruʒ factione a ſedibꝰ ſuis pulſi iuxta bactron orientis fluuiũ cõſederunt:ex cuius vocabulo et nomen ſortiti ſunt. Huius gẽtis rex fuit Zoroaſtes inuentor magice artis. Parti quoqʒ et ipſi a ſcythis originem trahũt fuerunt enim eoruʒ exules: quod etiam vocabulo eorum manifeſtatur. Naʒ ſcythico

sermone exules parthi dicuntur. Hi similiter vt bactriani
domesticis seditionib⁹ scythia pulsi solitudinē iuxta hyrca
niā pmū furtim occupauerūt: deide plęraq; finiū etiā vtu
te obtinuerūt. Assyrij ab assur filio sem vocati: gēs potētis
sima: quę ab eufrate vsq; ad indoꝝ fines oēs in medio te
nuit regionē. Media rege suo cognominati putanẗ. Nāq;
iason peliaci regis frater: a pelię filijs thessalia pulsus ē cū
medea vxore sua cui⁹ fuit priuignus medus rex atheniē
siū: q post mortē iasonis oriētis plagam ꝑdomuit: ibiq; me
diā vrbē ꝯdidit gentēq; medoꝝ noīe suo appellauit. Sed
inuenim⁹ in genesi: q madai auctor gētis medoꝝ fuit: a quo
& cognominati vt superius dcm est. Persę a pseo rege sunt
vocati: q e grecia asiā trāsiēs ibi barbaras gētes graui diu
turnoq; bello ꝑdomuit. Nouissime victor nomen subiectę
gēti dedit. Persę aūt ante cyꝝ ignobiles fuerūt. & nullius
inter gētes loci habebanẗ. Medi semꝑ potētissimi fuerūt.
Casdęi q nūc chaldęi vocanẗ a caseth filio nachor fratris
abrahę cognominati sūt. Sabęi dicti απο του σηυισθαι
qd̄ est sup·plicare & venerari: q2 diuinitatē ꝑ ipoꝝ thura ve
neramur. Ipsi sunt & arabes: q2 in montibus arabię sunt: q
vocanẗ libanus & antilibanus vbi thura colligunẗ. Syri
ab surim vocati perhibenẗ: q fuit nepos abraā ex cethura
Quos aūt veteres assyrios: nūc nos vocam⁹ syros: a parte
totū appellantes. Hebręi vocati sunt ab heber: q ꝓnepos
fuit sem. israhelitę vero ab israel filio isaac. Nā patriarchā
hebreoꝝ ꝯstat fuisse isrł: a quo .iz. iudęoꝝ trib⁹ israhelis vo
cabulū sortiti sunt. Iudęis aūt scissura decē tribuum noīa
iposuit. Nā antea hebręi siue israhelitę nūcupabantur: ex
quo aūt in duo regna dei ppl̄us diuisus est tūc duę tribus
quę de stirpe iuda reges habebāt iudęoꝝ nomē sortiti sūt.
Reliqua pars decē tribuū quę ī samaria sibi regē ꝯstituit
ob ppłi magnitudinē ꝑstinū nomē retinuit isrł. Samarita
noꝝ gēs sumpsit exordiū ab assyrijs q trāsmigrati habita
uerūt in samaria: q latine iterpretanẗ custodes: eo q capti
uato isrł isti in terrā regionis eoꝝ ad custodiā collocati sūt.
Fenix cadmi frater de thebis ęgyptioꝝ in syriā profectus
apud sidonē regnauit: eosq; ppłos ex suo noīe fęnices: eāq;
ꝓuinciā fęniciā nūcupauit. Sidones aūt a ciuitate quę vo
caẗ sidon traxisse vocabulū perhibenẗ. Saraceni dicti vł
q2 ex sara genitos se ꝑdicent: vel sicut gētiles aiūt: q ex ori
gine syroꝝ sint: q̄si syrigenę. Hi ꝑ amplam solitudinē habi
tāt. Ipi sunt & ismahelitę vt liber geneseos docet: q sint ex
ismahele. Ipsi cedareni a cedar filio ismahelis. Ipsi agare
ni ab agar: q vt diximus puerso noīe saraceni vocanẗ: q2 ex
sara se genitos glorianẗ. Philistęi ipsi sunt palęstini: q2. p.
litterā ſmo hebręus nō h3: sed ꝑ eo phi gręco vtunẗ. Inde
philistęi ꝑ palęstinis dicunẗ: a ciuitate vtiq; sua. Idē & allo
phyli .i. alienigenę ob hoc q2 semꝑ fuerūt inimici israel & lō
ge ab eoꝝ genere ac societate separati. Chananei appellati
de chanaan filio cham quoꝝ terrā iudęi possederūt. Ex cu
ius origine fuit emor pater sichē a quo amorrei sunt nūcu
pati. Egyptij ab ęgypto quodā rege suo vocati sunt. Nam
antea aerei dicebanẗ. Interp̄tanẗ aūt lingua hebraica ęgy
ptij affligētes: eo q afflixerint dei populum p̄us q̄3 diuino
auxilio liberarenẗ. Armenius ex thessalia vn⁹ de numero
ducū iasonis: q ad colchos ꝓfecti sunt: recollecta multitu
dine quę amisso rege iasone passim vagabaẗ: armeniā ꝯdi
dit: gētiq; ex suo vocabulo nomē dedit. Limes est ꝑsicus q
scythas ab eis diuidit: scythia cognominatus: a quo limite
scythę a qbusdā ꝓhibenẗ vocati: gēs antiqssima semꝑ habi
ta. Hi parthos bactrianosq;: feminę aūt eoꝝ amazonū re
gna ꝯdiderūt. Massagetę ex scythaꝝ origine sunt. Et dicti
massagetę q̄si graues .i. fortes getę. Nā sic Liuius argentū
graue dicit .i. massas. Hi sunt qui iter scythas atq; albanos
septentrionalibus iugis ihabitāt. Amazones dictę sunt siue
q simul viuerēt sine viris q̄si amazoes: siue q adustis dex
terioribus māmis essent ne sagittaꝝ iactus impedireẗ: q̄si
ανευ μαζου. Nudabāt .n. quā adusserāt māmā. Has Ti
tianus vnimāmas dicit. Nam hoc est amazon: quasi anes
mazoin .i. sine māma. Has iam nō esse q eaꝝ gētes partī3
ab hercule partim ab achille vel ab alexādro vsq; ad iter
nitionē deletę sunt in partes asiatice. Scythię gentes quę
posteros se iasonis credūt albo crine nascuntur ab assiduis
niuibus: & ipsius capilli color genti nomen dedit & inde di
cuntur albani. Hoꝝ glauca oculis idest picta inest pupilla
adeo vt nocte plus q̄3 die cernāt. Albani aūt vicini amazo
nibus fuerūt. Hugnos antea hunnos vocamus: postremo a
rege suo abares appellatos: qui prius in vltima meotide
inter glacialē tanaim & massagetaꝝ imanes ppłos habitaue
rūt. Deinde ꝑnicib⁹ equis caucasi rupib⁹ feras gētes alexā
dri claustra cohibente ruperūt & orientē .zo. ānis tenuerūt
captiuū: & ab ęgyptijs atq; ęthiopibus annuū vectigal exe
gerūt. Troianorū gens antea dardana a dardano rege no
minata. Nam dardan⁹ & iasius fratres e grecia profecti ex
his iasi⁹ ad thraciam: dardan⁹ ad frigiam peruenit: ibiq; p
mus regnauit. Post quē fili⁹ eius erichthoni⁹: deinde ne
pos ei⁹ tros: a quo troiani nūcupati sunt. Galathę galli esse
noscunẗ: q in auxilium a rege bithynie euocati regnum cū
eo peracta victoria diuiserūt: sicq; deinde gręcis admixti:
pmū gallogręci: nūc ex antiquo galloꝝ noīe galathę nūcu
panẗ. Gręci ante thessali a thesalo: postea a gręco rege gręci
sūt nuncupati. Nā gręci ꝓprie thessali dicti sūt. Lapithas
aūt gentem thessalię fuisse aiūt circa peneon amnem oli3
inhabitātem: a lapitha apolinis filia nūcupatos. Sicyonij
gręci sūt nuncupati a sicyonio rege. Hi primū agialei voca
bantur: a rege agialeo q prim⁹ sicyonijs imperauit: a quo &
agialea ciuitas nūcupata est: q̄ nūc peloponnesus vocatur
a pelope rege suo. Ipsi sunt & archades ab archade rege io
uis & calistę filio dicti. Danai a danao rege vocati. Idem &
argiui: ab argo cōditore cognominati. Postq̄3 autē rex gręcorū apis mortu⁹ est: huic filius argus successit in regnum:
& ex eo argiui appellati sūt: q etiā ab eis post obitū vt deus
haberi cępit: templo & sacrificio honorat⁹. Achei qui & achi
ui: ab acheo iouis filio dicti. Pelasgi noīati: q2 cū velis spā
sis verno tēpore aduenisse italiā visi sunt vt aues. Primo
eni eos Uarro italiā appulisse cōmemorat. Gręci vero pe
lasgos a pelasgo iouis & larissę filio ꝓhibēt dictos. Myrmi
dones fuerūt achillis socij dolopes pyrri. Dicti autem sūt
myrmidones ꝓpter astutiā quasi myrmicę .i. formicę. Era
tosthenes aūt dicit dictos myrmidones a myrmidone du
ce iouis & eury medusę filio. Cecropi atheniensiū regi suc
cessit agranus: cui⁹ filia atthis nomine & regioni & genti no
men dedit. Et ex ea attici cognominati. qui sunt athenien
ses. Ion vir fortis ex suo nomine: eosdem athenienses vo
cauit iones. Macedones a nomine emacionis regis antea
emaci nūcupati sūt: postea macedones dicti a macedone
rege deucaliōis materno nepote. Epyrotę a pyrro achillis
filio pri⁹ pyrridę. postea vero a pyrro rege ad italiam trāsi
re ꝑsumpserūt. Dorus neptuni & ellepis fili⁹ fuit: vn̄ dori et
originē & nomen ducunt. Sūt aūt pars gręcię gentis ex qui
bus etiā cognominata ē tertia lingua gręcoꝝ: q̄ dorica ap
pellatur. Lacedęmōes a lacedęmone semelę ac iouis filio
dicti. Hi diu ꝑseuerantes ī bello ꝯtra messenios veriti ne
diuturnitate pręlij spem prolis perderēt: ꝑceperunt vt vir
gines eoꝝ cū iuuenibus domi relictis cōcūberent: sicq; ex
ꝓmiscuo virginū & maritoꝝ cōcubitu: iuuenes de incertis
parentibus nati sunt: & ex nota materni pudoris spartani
vocati sunt. nam ipsos esse spartanos quos & lacedęmōes.
Spartanos vero propter repentinos aduentus aduersus
cadmum: quasi de terra cōtractos: & ex omni parte cōflu
tos ita vocatos. Thraces ex filio iafeth qui vocat⁹ ē tiras:
& orti & cognominati vt superius dictum est perhibētur: li3
gentiles eos ex moribus ita dictos existimēt q sint truces.
Seuissimi .n. oīu3 gētiū fuerūt. Unde & multa de eis fabu
losa memoranẗ: q captiuos dijs suis litarēt: & humanū san
guinē in ossib⁹ capitū potare soliti eēnt. De qbus Uirgili⁹.
Heu fuge crudeles terras: fuge litt⁹ auaꝝ: quasi crudeliū &
auaroꝝ. Istroꝝ gēs originē a colchis ducit: q missi ad argo
nautas ꝑsequēdos: vt a pōto itrauerūt istrū fluuiū: a voca
bulo amnis: quo a mari recesserāt appellati sunt. Romani
a romuli noīe nūcupati q vrbē romā ꝯdidit gētiq; & ciuita
ti nomē dedit. Hi ante a saturno saturnij: a latino latini vo
cati sunt. Nā latinus italię rex fuit: q ex suo noīe latinos ap
pellauit: q postea romani nuncupati sunt. Hi & qrites dicti.
q2 quirinus dictus est romulus: q semꝑ hasta vtebaẗ: quę
sabinoꝝ ligua quiris diciẗ. Italus quoq; & sabinus & sican⁹
fratres fuerūt: ex quib⁹ noīa populis iposita & regionibus
sunt. Nā ab italo itali: a sabino sabini: a sicano sicani: qui et
siculi cognominati sunt. Idem & siciliēses. Tusci italię gēs
a frequentia sacroꝝ & thuris vocata .i. απο του θυειν.
Umbri italię gēs est: sed galloꝝ veteꝝ ꝓpago qui apēninū
montē icolūt: de quib⁹ historię perhibent: eo q tpe aquosę
cladis imbrib⁹ supfuerint: & ob hoc vmbrios gręce noīatos
Marsi gēs italię: dicta a comite liberi marsia q vsum illis
vitiū ondit: & ob hoc illi statuā fecerūt: quā postea romani
victis marsis tulerūt. Marsos aūt gręci tuscos vocant:
quasi οφιουχους: q multos serpētes habeat: & οφις ser
pens diciẗ: illęsos aūt esse carminū maleficijs. Inhabitant
aūt plagā apēnini mōtis simul cū vmbris. Gotthi a magog
filio iafeth noīati putātur: de similitudine vltime syllabę
quos veteres magis getas q̄3 gotthos vocauerūt: gens for
tis & potētissima: corpoꝝ molę ardua: armoꝝ genere terri
bilis. De quib⁹ Lucanus. Hinc dacus pmat: ide getes oc
curat hiberis. Daci aūt gotthoꝝ soboles fuerunt: & dictos
putāt dacos quasi dagos: q2 de gotthoꝝ stirpe creati sunt.
De qbus ille. Ibis arctos ꝓcul vsq; dagos. Bessi barbari
fuerūt q a multitudine boum sic vocati credūtur. De qb⁹
quidā. Qui colit terrę medio vel ille diuitis multo boue pil
leatus accola ripę. Gipedes pedestri pręlio magis q̄3 eque
stri sunt vsi: & ex hac causa ita sunt vocati. Sarmatę paten
tibus cāpis armati iequitabāt ꝑusq̄3 eos lētulus danubio
ꝓhiberet: atq; ide ob studiū armoꝝ sarmatę nūcupati exi
stimātur. Lanus fluuius ferẗ vltra danubiū: a quo alani
dicti sunt: sicut & populi ihabitātes iuxta lemannū fluuiū
alemāni vocātur. De qbus Lucanus. Deseruere cauo tē
toria fixa lemāno. Longobardos vulgo ferunt noīatos a
ꝓlixa barba & nunq̄3 tōsa. Uādelicus amnis ab extremis
gallię erumpēs: iuxta quē fluuiū ihabitasse & ex eo traxisse
nomē vandali perhibētur. Germanię gentes dictę q sint
imania corpora imanesq; natiōes: seuissimis durarę frigo
ribus: q mores ex ipso cęli rigore traxerūt: feroces animi &
semꝑ idomiti raptu venatuq; viuētes. Hoꝝ plurime gen
tes varię armis: discolores habitu: liguis dissonę: & origine
vocabuloꝝ incertę: vt tolerates: iamsi: vari: quadi: tungri:
marcomāni: bruteri: camasi: blangiani: tubātes: quoꝝ im
manitas barbarie etiā in ipsis vocabulis horrorē quendā
significat. Sueui pars germanoꝝ fuerūt in fine septētrio
nis: de qbus Lucanus: Fundit ab extremo flauos aglone
sueuos. Quoꝝ fuisse centū pagos & populos multi tradide
rūt. Dicti aūt sueui putātur a monte sueuo q ab ortu initiū
germanię facit: cui⁹ loca icoluerūt burgundiones quondā
a romanis subacta iteriore germania ꝑ castroꝝ limites po
siti a tyberio cęsare in magnā ꝯualuerūt gentē: atq; ita no
mē ex locis sumpserūt: q2 crebra ꝑ limites habitacula ꝯsti
tuta burgos vulgo vocāt. Hi postea rebelles effecti roma
nis plus q̄3 octoginta milia armatoꝝ ripę reni fluminis ise
derūt: & nomē gētis obtinuerūt. Saxonū gens in oceani lit
toribus & paludibus inuijs sita, virtute atq; agilitate habi
lis: vnde & appellata q sit dux & validissimum gentis ho
minū: & pręstās cęteris piraticis. Franci a quodā ꝓprio du
ce vocari putātur. Alij eos a feritate moꝝ nūcupatos exi
stimāt. Sunt enim in illis mores iconditi: nālis ferocitas
animoꝝ. Britānos qdam latine nominatos suspicātur: eo
q bruti sint: gens itra oceanū iterfuso mari: quasi extra or
bē posita: de qbus Uirgilius. Toto diuisos orbe britānos.
Scoti ꝓpria lingua nomen habēt a picto corpore eo q acu
leis ferreis cum atramēto varioꝝ figuraꝝ stigmate anno
tentur. Galli a cādore corporis nūcupati sunt. Galla enim
gręce lac diciẗ. Unde & Uirgili⁹ sic eos appellat: cum ait de
his. Tum lactea colla auro innectuntur. Scd̄3 diuersitatē
enim cęli & facies hoium & colores: & corporum quātitates
& animorum diuersitates existunt. Inde romanos graues:
gręcos leues: afros versipelles: gallos natura feroces atq3
acriores ingenio peruidem⁹: qd̄ natura climatū facit. Gal
li aūt senones antiqtus xenones dicebanẗ: q liberum hos
pitio recepissent: postea .x. in .s. litterā commutata est. Uac
ca oppidum fuit iuxta pyreneum a quo sunt cognominati
vaccei: de qb⁹ crediẗ dixisse poetā. Lateq; vagātes vaccei.
Hi pyrenei iugis ꝑ amplam montis habitant solitudine3.
Idē & vascones: q̄si vaccones .c. in .s. littera ꝯmutata. quos
Cneus pōpeius edomita hispania & ad triūphum venire fe
stinans de pyrenei iugis deposuit: & ī vnū oppidū congrega
uit. Unā & cōuenarū vrbs nomē accepit. Hispani ab hibero
amne: pmum hiberi: postea ab hispalo hispani cognomina
ti sunt. Gallici a candore dicti: vnde & galli. Reliquis enim
hispanię populis candidiores existūt. Hi gręcā sibi originē
asserūt. Unde & naturali igenio callēt. Siquidē post fine3
troiani belli teucrū mortē aiacis fratris iuisū patri telamo
ni dū nō reciperet in regnū: cyprū ꝯcessisse: ibiq; vrbem no
mine antiquę patrię salaminā ꝯdidisse ide galletiam ꝓfe
ctus: expositis sedib⁹ ex loco nomen genti dedisse. Astures
gētes hispanię vocati eo q circa isturā flumē septi mōtib⁹
siluisq; crebris ihabitēt. Cātabri gens hispanię a vocabulo
vrbis: & hiberi amnis: cui insidūt appellati. Horum anim⁹
ꝑtinax & magis ad latrocinandū & ad bellandum: vel ad ꝑ
periendū verbera semꝑ parati. Celtiberi ex gallis celticis
fuerunt: quorum ex nomine appellata est regio celtiberia.
Nam ex flumine hispanię hibero vbi cōsederunt: & ex gal
lis qui celtici dicebantur: mixto vtroq; vocabulo celtiberi
nuncupati sunt. Afri appellati ab vno ex posteris abrahę q
vocabatur afer q dicitur duxisse aduersus libyas exercitū:
& ibi victis hostibus cōsedisse: eiusq; posteros ex noīe atta
uī & afros & africā nuncupasse. Peni aūt carthaginenses sūt
a fęnicibus nūcupati: q cū didone ꝓfecti sūt. Tyrios vero
a tyria vrbe fęnicū nūcupatos: de qua ꝓfecti sunt: & in afri
cę littus venerūt. Getuli getę dicunẗ fuisse: q igenti agmie
a locis suis nauib⁹ conscendētes: loca syrtium ī libya occu
pauerunt. & q2 ex getis venerāt deriuato noīe getuli cogno
minati sūt. Unde & opinio est apud gotthos ab antiqua co
gnatōe mauros cōsanguinitate ꝓpinquos sibi vocare. Afri
cā aūt initio habuere libyes: deide afri: post hoc getuli: po
stremum mauri & numides. Mauri & numide vt afri pu
tant: sic sumpserunt & exordium & vocabulum. Nā postq̄3
in hispania hercules interijt: & exercitus eius compositus
ex varijs gentib⁹ amisso duce passim sibi sedes quęrebāt:
et ex eo numero medi & persę & armeni nauib⁹ in africam
transuecti proxima mari loca occupauere. sed persę dum
materiam in agris pro construendis domicilijs non inue
nirent: & ignara lingua cōmertium ꝓhiberent: per patētes
agros & diuersas solitudines vagabantur: & a pabulationi
bus vagabundis semetipsos propria ligua numides appel
lauerunt: id est sine oppido vagos & errantes. Medi aute3
cum libyis se miscuerant: qui proxima hispania habitabāt
quorū nomen paulatim libyes corrupere barbara lingua

mauros propter medos appellantes:licet mauri ob colorē a grecis vocarētur. Greci.n.nigrū mauron vocāt. Estifero q̄ppe colore afflati speciē atri coloris ducunt. Massylia ciuitas africe est non lōge ab atlante ⁊ hortis hesperidum:a qua ciuitate massyli vocati sunt:quos nos corrupte massulos vocamus:de q̄b⁹ Uirgilius. Hinc mihi massylie gētis mōstrata sacerdos. Gaulalū:gētes sunt a meridie vsq̄ oceanum hesperium ꝑuagātes. His nomē gauloen īsula dedit que est iuxta ethiopiā:vbi nec serpens nascit̄ nec viuit. Garamātes ppl̄i affrice sunt ꝓpe cirenas inhabitātes:a garamāte rege apollinis filio noīati:qui sibi ex suo noīe garama oppidū ↄdidit. Sūt aūt ꝓximi gentibus ethiopū:de q̄bus Uirgilius. Extremi garamātes. Extremi autem q2 seui ⁊ a cōsortio humanitatis remoti. Hisperij vero sunt qui circa hispaniā cōmorant̄. Nā hispania hesperia dicit̄. Ethiopes dicti a filio cham q̄ vocat⁹ est chus:ex quo originē trahūt. Chus enim hebraica lingua ethiops iterpretat̄. Hi quondā ab ido flumine ↄsurgētes:iuxta egyptū iter nilū ⁊ oceanū. in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt:quoꝝ tres sunt ppl̄i:hesperi:garamātes:⁊ idi. Hesperi sunt occidētis: garamātes tripolis:indi orientis. Trogodite gētes ethiopū ideo nūcupati q̄ tāta celeritate pollēt:vt feras cursu pedū assequantur. Panphagij ⁊ hi in ethiopia sunt:q̄bus esca est q̄cq̄d mādi potest:⁊ oia fortuitu gignētia. vnde ⁊ appellati. Jctiophagi q̄ venādo in mari valeāt:⁊ piscib⁹ tantū alant̄. Hi post indos mōtanas regiones tenēt:quos subactos alexander magnus:piscib⁹ vesci ꝓhibuit. Antropophagi gēs asperrima:sub regione syricū sita:qui q2 humanis carnib⁹ vescūtur:ideo antropophagi noīantur. Itaq̄ sicut his:ita ⁊ ceteris gentib⁹ ꝑ secula aut a regib⁹:aut a locis:aut a moribus:aut ex q̄buslibet alijs causis immutata vocabula sunt: ita vt p̄ma origo nominis eoꝝ tēpoꝝ vetustate nō pateat Jam vero hi q̄ antipode dicūtur: eo q̄ ↄtrarij esse vestigijs nostris putātur:vt q̄si sub terris positi aduersa pedib⁹ nostris calcēt vestigia:nulla rōne credēdū est:q2 nec soliditas patit̄:nec centrū terre:sed neq̄ hoc vlla historie cognitiōe firmat̄:sed hoc poete q̄si ratiocinādo ↄiectāt. Titanas aūt quosdā in grecia ferūt fuisse robustos ⁊ excellentes virib⁹ ꝑpl'os quos ferunt fabule ab irata ↄtra deos terra ad eius vltionem creatos. Unde ⁊ titanes dicti sunt.

idest ab vltione q̄ quasi vlciscende matris terre causa in deos armati existerēt:quos fabule a ioue bello fuisse superatos atque extinctos fingunt:propter q̄ e celo iactis fulminibus interierunt.

¶ De regnis ⁊ militie vocabulis. Capl'm. III.

saluto. Si me non videas esse negabis auez. Picus a pico saturni filio nomen sumpsit: eo q in ea auspicijs vtebatur. Nã ferũt hãc autẽ quiddã habere diuinũ illo iudicio: q i q̃cunq; arbore nidificauerit: clauũ vel qcqd aliud fixũ fuerit: diu hęrere nõ possit: qn statim excidat: vbi ea insederit: iste est picus marti': nã alia est pica. Pauo nomen de sono vocis habet: cui' caro tam dura est: vt putredinẽ vix sentiat: nec facile coquat: de quo qdã sic ait: Miraris quotiens gẽmantes explicat alas: si potes hũc seuo tradere dure coco. Fasian' a faside insula gręcię vnde pmũ asportat' ẽ appellat. Testatur id vet' disticon illud. Argiua pmo suz trãsportata carina. Ante mihi notũ nil nisi fasis erat. Gallus a castratione vocat'. Inter cęteras eni aues huic soli testiculi adimunt. Ueteres eni abscisos gallos vocabãt. Sic aũt a leone leęna: z a dracone dracena: ita a gallo gallina. Cui' mẽbra: vt ferũt quidã: si auro liquescẽti misceant cõsumi. Anas ab assiduitate natãdi aptũ nomẽ accepit. Ex quo genere qdaz germanę dicunt: q plus cęteris nutriant. Anseris nomen anas dedit per deriuationẽ vel a similitdine: vl q z ipsa natãdi frequẽtiaz habeat. Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testat. Nullũ aũt aial ita odorẽ hois sentit vt anser: vnde z clangore eius gallor ascensus in capitolio dephẽsus est. Fulica dicta q caro eius leporinã sapiat. Lagos eni lepus dr: vñ z apud gręcos lagos dr. Est.n. auis stagnẽsis: habẽs nidũ in medio aquę vel in petris q̃s aquę circundãt: maritimoq; semp delectat pfundo. Quę dũ tẽpestatẽ psenserit: fugiẽs in vado ludit. Mergus ab assiduitate mergẽdi nomẽ hz. Sępe autẽ dimisso in pfundũ capite aurarũ signa sub fluctib' colligũt: z puidẽtes ęquoris tẽpestatẽ cũ clamore ad littora tẽdũt. Nã in pelago iam grauissimã esse tẽpestatẽ cõstat cũ ad littora mergi cõfugerit. Accipiter auis aĩo plus armata q̃ vngulis: virtutẽ maiorẽ in minori corpore gestans. Hec ab accipiendo.i.capiendo nomẽ sumpsit. Est enim auis rapiendis alijs auibus auida: ideoq; vocat accipiter: hoc est raptor. vñ z paulus aplus dicit: Sustinetis.n. si qs vos accipit. Ut eni diceret si quis rapit. dixit: si qs accipit. Fertur aũt accipitres circa pullos suos ipios eẽ. Nã duz viderint eos posse tẽtare volat' nullas eis pbent escas: sz verberãt pẽnis: z a nido pcipitãt: atq; a tenero cõpellũt ad pdã: ne forte adulti pigrescãt. Capus Italia lingua dicit a capiẽdo. Hũc nostri falconẽ vocãt: eo q incuruis digitis sit. Miluus mollis z virib' z volatu: q̃si mollis auis: vnde z nũcupat: rapacissimus tñ: z semp domesticis auib' insidiat. Ossifrangus vulgo appellat auis q̃ ossa ab alto dimittit z frãgit. Uñ z a frãgẽdo ossa nomẽ accepit. Turt de voce vocat auis pudica z semp in mõtiũ iugis z in desertis solitudinib' cõmorãs. Tecta.n. hoiuz z cõuersationẽ fugit z cõmorat iu siluis. Quę etiã hyeme dplumata in trũcis arbor cõcauis habitare phibet. Cuius ecõtrario colũba hospitia humana diligit: domor semp blanda inhabitatrix. Colũbę dictę q earũ colla ad singulas cõuersiones colores mutẽt: aues mãsuetę z in hoium mltitudine cõuersantes ac sine felle: q̃s antiqui venereas nuncupabãt eo q nidos frequẽtent: z osculo amorẽ cõcipiãt. Palumbes: eo q sint fartę pabulo q̃s vulgus titos vocat: auis casta ex morib' appellat q comes sit castitatis. Nez dicit q amisso corporali cõsortio solitaria icedat: nec carnalẽ copulã vltra regrat. Perdix de voce nomẽ habz: auis dolosa atq; imũda. Nã masculus in masculũ insurgit: z obliuiscit sexuz libido pręceps. Adeo aũt fraudulẽta: vt alteri oua diripiẽs foueat: sed fraus fructũ nõ hz. Deniq; dũ pulli pprie vocẽ genitricis audierint: nãli quodã istinctu: hãc quę eos fouit relinquũt: z ad eandẽ quę genuit reuertunt. Coturnices a sono vocis dictę: q̃s gręci ortigias vocãt eo q visę fuerint pmũ in ortygia insula. Hę aduenĩedi habẽt tpa. Nam ęstate depulsa maria trãsmeant. Ortigometra dicit auis q̃ gregẽ ducit: eã terrę ppinquantẽ accipiter videns rapit: ac ppterea cura est vniuersis ducẽ sollicitare externi generis per quam caueant prima discrimina. Cibos gratissimos habent semina venenor quam ob causam eas veteres vesci interdixerũt. Soluz eniz hoc animal sicut z homo caducũ patitur morbuz. Upupaz gręci appellant: eo q stercora humana consideret: z fetenti pascat fimo auis spurcissima cristis extantibus galeata: semp in sepulchris z humano stercore cõmorans. Cuius sanguine si se quisq; inunxerit: dormitum pergens: demones suffocantes se videbit. Tuquos quos hispani cuculos vocant: a ppria voce cõstat noiatos. Hi veniẽdi tempus habent. miluorũ scapulis suscepti: propter breues z paruos volatus: ne per longa aeris spacia fatigati deficiant: horũ saliuę cicadas gignunt. Oua passeris nido reperta comedit z sua obijcit: quę ille suscepta z fouet z nutrit. Passeres sũt minuta volatilia a paruitate vocata vnde z pusilli z parui. Merula antiquit' medula vocabatur: eo q modulet. Alij merulã vocatã aiunt: qz sola volat q̃si mera volans. Hęc cũ in oĩbus locis nigra sit: in achaia candida est. Hirundo dicta q cibos non sumat residens: sed in aere capiat escas z edat: garrula auis z per tortuosos orbes z flexuosos circuitus puolans: z in nidis cõstruẽdis educandisq; fętib' solertissima: habens etiã quiddam pręsscium: q lapsura deserat: nec appetat culmia: alijs quoque auibus nõ impetit: nec vnq̃ pręda ẽ: maria trãsuolat ibiq; hyeme cõmorat. Turdi a tarditate dicti. Hyemis eni cõfinio se referunt. Turdela quasi maior turdus: cui' stercore viscũ generari putat. Unde z puerbiũ apud antiquos erat: malũ sibi auez cacare. Furfurio vocatus: q prius farre in farinã redacto pasceret. Ficedulę dictę q fic' magis edant. Quod pandit versiculo veteri illo: Cũ me ficus alat cum pascar dulcib' vuis. Cur potius nomen nõ dedit vua mihi: Carduellus q spinis z carduis pascitur. Unde etiaz apud gręcos achantis dicta est: ab achãtis.i. spinis: quibus alitur. Augures autem dicunt z in gestu: z in motu: z in volatu: z in voce: auium signa esse cõstituta. Oscines aues vocant quę ore cantuq; auspicium faciunt: vt coruus: cornix: picus. Alites quę volatu ostendere futura videntur: quę si aduersę sunt inhibę dicuntur q inhibeant.i. vetent: si prospere pręcpetes: z ideo pręcpetes: qz omnes aues priora petũt volãtes. Tertiã faciunt speciẽ auguriorũ in auibus quaz cõmunez vocãt: ex vtroq; permixtã.i. cuz aues ex ore z volatu auguria faciunt: sed fides non habet. Omniũ autẽ genera volucrum bis nascuntur. Primũ eni oua gignunt: inde calore materni corporis formant z animant. Oua autẽ dicta ab eo q sint vuida. Unde z vua: eo q intrinsecus humore sit plena. Nã humidũ est qd exteri' humorẽ habet: vuiduz qd interius. Quidaz aũt putant ouũ gręcã habere originem nominis. Illi autẽ dicũt oa. u littera ablata. Oua autẽ quędaz inani vento cõcipiuntur: sed non sunt generabilia nisi quę fuerint concubitu masculino cõcepta z seminali spiritu penetrata. Quoruz vim tantaz dicunt: vt lignũ pfusuz ex eo non ardeat: ac ne vestis quidẽ cõtacta adurat. Admixta quoq; calce glutinare fertur vitri fragmenta.

¶ De minutis volatilibus. Cap. VIII.

Apes dictę vel q se pedibus inuicẽ alligent vel pro eo q sine pedibus nascant. Naz postea z pedes z pẽnas accipiũt. Hę solertes i generandi mellis officio assignatas incolũt sedes: domicilia inenarrabili arte cõponũt ex varijs floribus fauũ condunt: textisq; cęris inumera prole castra replent: exercitus z reges habent: pręlia mouent: fumũ fugiũt: tumultu exasperantur. Has plęriq; experti sunt nasci de boũ cadaueribus. Nã p his creãdis vitulor occisor carnes verberant: vt ex putrefacto cruore vermes creent q postea efficiunt apes. Proprie tamẽ apes vocant ortę de bob' sicut crabrones de eqs: fuci de mulis: vespę de asinis. Castros gręci appellant: qui in extremis partib' fauor maiores creant: q̃s aliqui reges putant: dicti q castra ducant. Fucus est maior ape: crabrone minor. Dictus autem fucus: q alienos labores edat: quasi fagus. Depascitur enim qd nõ laborauit de quo Uirgili': Ignauuz fucos pecus a pseptibus arcet. Crabrones vocati a cabo.i.caballo q ex his creent: sicut autez crabrones nascunt de equor carnibus putridis: ita ex eis sępe nascunt scarabei: vnde z cognominati sunt. Tauri vocantur scarabei terrestres ricino siles. Buprestis aial ẽ paruum: simillimũ in Italia scarabeo. longipedũ. Fallit inter herbas bouẽ maxime: vnde z nomez hz: deuoratũq; tacto felle ita inflãmat vt rũpat. Cicẽdela scarabeor gen' est: eo q gradiens vel volãs lucet. Blattę a colore nũcupatę: frigdem z cõprehẽsę manũ tingunt: vñ z blatteũ colorẽ dicunt Hoc aũt aial lucẽ videre nõ patit cõtrariũ muscę. Nã musca lucipeta: z blatta lucifuga ẽ. Per noctẽ eni tñ ambulat Papiliones auiculę sũt q̃ maxime abũdant florẽtib' maluis: quiq; vermiculos stercore suo faciũt nasci. Locusta q pedib' sit longis veluti hasta: vñ z eã gręci tam maritimaz q̃ terrestrẽ astagon appellant. Cicades ex cuculor nascuntur sputo. Hę in Italia apud reginos multę sunt: nec vsq̃ alibi. Musca ex gręco venit: sicut z mus. Hęc sicut z apes necatę in aqua aliquotiẽs post vni' horę spatiũ reuiuiscũt. Cinomia gręce vocat.i. musca canina. Naz cinos gręce canis vocat. Culex ab aculeo dict' q sanguinẽ sugat. Hz eni in ore fistulã in modũ stimuli: q̃ carnẽ terebrat vt sanguinẽ bibat. Scinifes muscę minutissimę sũt: sz aculeis permolestę: qb' tertia plaga superb' ppls egyptior cęsus ẽ. Oestrus animal armentis aculeis pmolestũ. Oestrũ autẽ gręcũ est: qd latine asilus vulgo tauan' vocat. Bibiones sũt q in vino nascunt: quos vulgo musciones a musto appellãt. vñ z Afrani': Cũ ad me spectas z fabulari incipis: ex ore in oculis tuis bibiones inuolãt. Gurgulio dicit: quia pene nihil ẽ aliud nisi guttur.

¶ Prefaciuncula in librum sequentem.

In hoc libello quasi in quadã breui tabula quasdaz celi causas situsq; terrarũ z maris spatia annotauimus: vt in modico lector ea pcurrat: z compendiosa breuitate etymologias eor causasq; cognoscat.

¶ Incipit liber tertiusdecim'. De mũdo. Cap. I.

Mundus est celũ terra: mare: z quę in eis sũt opera dei: de quo dicit: Et mũdus per eum factus est. Mundus latine a philosophis dicit q in sempiterno motu sit: vt cęluz: sol: luna: aer: maria. Nulla eni requies ei' elementis cõcessa est: ideoq; semp i motu ẽ. Uñ z aialia Uarrõi vident elemẽta qm̃ p semetipsa ingt mouet. Gręci vo nomẽ mũdo de ornamẽto accõmadauerũt pp diuersitatẽ elemẽtor z pulchritudinẽ syderũ. Appellat.n. apd eos cosmos qd significat ornamẽtũ. Nihil eni mũdo pulchri' oculis carnis aspicim'. Quattuor aũt eẽ ɔstat climata mũdi.i.plagas: orientẽ z occidentẽ: septẽtrionẽ z meridiẽ. Oriens ab exortu solis est nũcupat'. Occidẽs: q diẽ faciat occidere atqz iterire: Abscõdit.n. lumẽ mũdo z tenebras supiducit. Septẽtrio autẽ a septẽ stellis axis vocat q̃ in ipso reuolutę rotantur. Hic pprie z vertex dicit: eo q vertitur: sicut poeta ait: Uertit interea cęlũ. Meridies vel qz ibi sol faciat mediũ diẽ q̃si medidies: vel qz tũc puri' micat ęther. Merũ eniz purũ dicit. Ianuę cęli duę sunt: oriẽs z occasus. Nam vna porta sol pcedit: alia se recipit. Cardines autẽ mundi duo: septẽtrio z meridies. In ipsis enim voluitur cęlum.

¶ De athomis. Cap. II.

Atomos philosophi vocãt q̃sdã in mũdo corporum partes tam minutissimas: vt nec visui pateant: nec tomen.i. sectionẽ recipiãt: vñ z atomi dicti sunt. Hi per inane toti' mũdi inqetis motib' volitare: z huc atq; illuc ferri dicunt: sicut z tenuissimi pulueres q̃ infusi p fenestras radijs solis videtur: ex his arbores z herbas z fruges oẽs oriri: z ex his ignez z aquã z vniuersa gigni atq; cõstare qdã philosodhi gentiuz putauerũt. Sũt aũt atomi aut in corpore: aut in tpe: aut in numero: aut in littera. In corpe vt lapis. Diuides eũ in partes: z partes ipsas diuides in grana: veluti sunt harenę. rursusq; ipsa harenę grana diuide in minutissimũ puluerez donec si possis puenias ad aliquã minutiã: q̃ iaz nõ sit q̃ diuidi vel secari possit: hoc est atom' in corporib'. In tpe vero sic itelligit atomus. Annũ verbi grã diuides in mẽses: mẽses in ebdomadas: hebdomadas in dies: dies in horas: adhuc ptes horaruz admittũt diuisionẽ: quousq; puenias ad tãtũ tpis pũctũ: z quãdã momẽti stillã vt p nullã morulaz pduci possit: z iõ iam diuidi nõ põt: hoc est atom' tpis. In numeris vtputa octo diuidunt in q̃ttuor: rursuz q̃ttuor in duo: deinde duo in vnũ. Un' aũt atom' ẽ: qz insecabilis ẽ. Sic z littera. Nã orõnẽ diuidis in vba: vba aũt in syllabas syllabã aũt in lr̃as. Littera pars minima: atom' est: nec diuidi põt. Atom' g ẽ qd diuidi non põt: vt in geometria punctus. Nã tomus diuisio gręce dicit: atomus indiuisio.

¶ De elementis. Cap. III.

Ylen greci rerũ quãdã pmã materiã dicũt nullo prsus mõ formatã: sed oĩuz corporaliuz formarũ capacem: ex qua visibilia hec elemẽta formata sunt: vñ z ex eius deriuatiõe vocabuluz acceperũt. Hãc ylen latini materiã appellauerũt: iõ qz oẽ iforme vñ aliqd faciendũ ẽ: semp mã nũcupatur. Proinde z eã poetę siluã noiauerũt. Nec icõgrue: qz materię siluarũ sunt. Gręci autez elemẽta stoixia nũcupãt: eo q sibi societatis ɔcordia z cõione q̃dã ɔueniant. Nã sic ea inter se nãli q̃daz rõne iuncta dicunt: vt modo originẽ ab igne repetẽtes vsq; ad terrã: mõ a terra vsq; ad ignẽ: vt ignis quidẽ in aera desinat: aer in aquaz dẽset: aqua in terra crassescat: rursusq; terra diluat i aquã: aqua rarescat in aerẽ: aer i ignẽ extenuet. Quapropter oĩa elementa omnib' cõstat inesse: sed vnũquodq; eor ex eo qd amplius hz accepisse vocabulũ. Sunt autẽ diuina puidentia pprijs animantibus distributa. Nam cęlũ angelis: aerem volucribus: mare piscibus: terraz hoibus cęterisq; animãtibus creator ipse impleuit.

¶ De cęlo. Cap. IIII.

Celũ vocatũ eo q tanq̃ cęlatuz vas impssa lumina habeat stellarũ veluti signa. Nam cęlatũ dicitur vas qd signis eminẽtioribus refulget. Distinxit eniz euz deus claris luminibus z ipleuit solis.s. z lunę orbe fulgenti: z astrorũ micantiuz splẽdentibus signis adornauit. Alias aũt a supiora cęlãdo. Hoc aũt gręce vranus dicit. απο του οραν. i. a videndo: eo q aer perspicuus sit: z ad speculandũ purior. Cęluz autẽ in scripturis sanctis ideo firmamentũ vocatur: q sit cursu syderum z ratis legibus fixisq; firmatum. Interdum z cęlum pro aere accipit: vbi vẽti z nubes z procellę z turbines fiunt. Lucretius: cęluz qd dicitur aer: z psalmus volucres cęli appellat: cum manifestuz sit aues in aere volare: z nos in consuetudine hunc aerem cęlum appellamus. Nam cũ de sereno vel nubilo querimus: aliquãdo dicimus: qualis est aer: aliquando: quale est cęlum.

De partibus cęli. Cap. V.

AEther locus est in quo sydera sũt: ⁊ significat eũ ignẽ q̄ a toto mũdo in altũ separatus est. Sane ęther ẽ ipsuʒ elemẽtũ: ęthera vero splẽdor ętheris: ⁊ est sermo gręcus. Sphęra cęli dicta eo ꝙ species eius in rotũduʒ formata est: sʒ ⁊ q̄cquid tale est a volubilitate sphęra a grecis dicit̃: sicut ⁊ pilę q̄b⁹ ludũt īfantes. Nã philosophi dicũt cęlũ ī sphęrę figurã vndiq̄ eẽ ↄuexuʒ: oĩb⁹ partib⁹ ęqualẽ ↄcludẽtẽ terrã ī media mundi mole librata: hũc moueri dicunt: ⁊ cũ motu eius sydera in eo fixa ab oriẽte vsq̄ ad occidenteʒ circuire: septẽtrionib⁹ breuiores gyros iuxta cardinẽ pagẽtib⁹. Axis est septẽtrionis linea recta: quę ꝑ mediã pilã sphęrę tẽdit: ⁊ dictus axis ꝙ in eo sphęra vt rota voluit̃: vel q: ibi plaustrũ est. Cardines extremę partes sunt axis: ⁊ dicti cardines eo ꝙ per eos vertit̃ cęluʒ. Poli sunt circuli: qui currũt ꝑ axeʒ. Hoꝝ alter est septẽtrionalis q̄ nunq̄ occidit: appellaturq̄ boreus: alter australis q̄ nunq̄ videt̃: ⁊ austronotus dr̃. Et dicti poli ꝙ sint axiuʒ cycli ex vsu plaustroruʒ a poliẽdo. s. noiati: sʒ polus boreus semꝑ videt̃: austronot⁹ nunq̄: quia dextra cęli altiora sunt ꝓssa austri. Conuexa extrema cęli sunt a curuitate dicta. Nã cõuexũ curuũ est ⁊ iclinatũ ⁊ in moduʒ circuli flexuʒ. Lacteus circulus est via q̄ in sphęra videt̃ a cãdore dicta: q: alba est: quã aliq̄ dicũt viã eẽ qua circuit sol: ⁊ ex splẽdoris ipsius transitu ita lucere.

De circulis cęli. Cap. VI.

Habitatio ista cęli circuloꝝ disticta ʒonis q̄sdam partes tẽperie sua icolere ꝑmisit q̄sdã negauit enormitate frigoris aut caloris. Zonę auteʒ ipsę q̄nq̄ʒ sunt. Quę ideo ʒonę vel circuli appellant̃ eo ꝙ in circũductiõe sphęrę existunt. Quoꝝ ꝑm⁹ circulus iõ arcticos appellat̃: eo ꝙ intra eũ arcturi signa iclusa ꝑspiciunt̃: q̄ a nostris in vrsarũ specie ficta septẽtriones appellant̃. Scd̃s circulus ex eo terin⁹ tropicus dr̃: q: in eo circulo sol aq̄lonis finib⁹ ęstatẽ faciẽs vltra eũ circulũ nõ trãsit: sed statim reuertit̃: ⁊ ide tropicus appellat̃. Tertius circulus hitherin⁹ q̄ a latinis ideo ęq̄noctialis appellat̃ eo ꝙ sol cũ ad eũ orbẽ ꝑuenerit ęquinoctiũ facit. Himerin⁹ eniʒ grece latine dies dr̃ atq̄ nox: q̄ circulo dimidia sphęrę pars ↄstituta ꝑspicit̃. Quartus circulus antarcticus vocatur: eo ꝙ ↄ̃rius sit circulo quẽ arcticon noĩam⁹. Quint⁹ circulus cimerinus tropicus: q̄ a latinis hyemal' siue brumalis appellat̃: iõ q: sol cũ ad eũ circulũ ꝑuenit: hyemẽ his qui ad aquilonẽ sunt facit: ęstatẽ aũt his qui austri partibus cõmorant̃. Zodiacus autẽ circulus est qui duodecim continet signa. ἀπὸ τοῦ ζῴων. i. ab animalibus dictus.

De aere ⁊ nube Cap. VII.

AEr est inanitas plurimũ habẽs admixtũ raritatis q̄ cętera elemẽta: de quo Uirgilius: Lõgũ ꝑ inane secut⁹. Aer dictus ἀπὸ τοῦ αἴρειν: ab eo ꝙ ferat terrã: vel ab eo ꝙ feratur. Hic autẽ partim ad cęlesteʒ: partim: ad terrenã materiã ꝑtinet. Nã ille subtilis vbi vẽtosi ac ꝓcellosi motus nõ ꝑñt existere: ad cęlestẽ ꝑtinet partẽ: iste vero turbulẽtior q̄ exalationib⁹ humidis corporescit terrę deputatur: quiq̄ʒ ex se multas spẽs reddit. Nã cõmotus vẽtos facit: vehemẽti⁹ cõcitat⁹ ignes ⁊ tonitrua: cõtractus nubila: cõspissatus pluuiã: cõgelãtib⁹ nubibus niuẽ: turbulẽtius cõgelãtibus desioꝝib⁹ nubibus grãdinẽ: distẽtus serenũ efficit. Nã aerẽ densuʒ nubẽ eẽ cõstat: nubẽ rarefactã ⁊ solutã aerẽ. Nubes dictę ab obnubẽdo. i. operiẽdo cęlũ: vñ ⁊ nuptę ꝙ vult⁹ suos velent: vñ ⁊ neptunus ꝙ nubat. i. mare ⁊ terrã tegat. Nubes aũt aeris dẽsitas facit. Uẽti eni aerẽ cõglobant: nubẽq̄ faciũt: vnde est illud: Atq̄ in nubem cogitur aer.

De tonitruo. Cap. VIII.

TOnitruũ dictũ ꝙ sonus eius terreat. Nam tonus sonus. Qui ideo iterdũ tam grauiter cõcutit oĩa: ita vt cęluʒ discidisse videat̃: q: cũ ꝓcella vehemẽtissimi venti nubibus se repẽte imiserit: turbine inualescẽte exitũq̄ quęrẽte nubeʒ quã excauauit ĩpetu magno ꝑscindit: ac sic cũ horrẽdo fragore defertur ad aures. Qd̃ mirari q̄s nõ d'ʒ: cũ vesicula q̄uis parua: magnũ tñ sonitũ displosa emittat. Cũ tonitruo aũt simul ⁊ fulgura exprimi: sʒ illud celeri⁹ videtur: q: clarũ est: hoc autẽ ad aures tardius ꝑuenire. Lux aũt q̄ apparet ante tonitruum alibi fulgetra vocat̃. Quę vt diximus ideo ante videt̃: quia clarũ est lumẽ: tonitruũ aũt ad aures tardius ꝑuenit.

De fulminibus. Cap. IX.

FUlgur ⁊ fulmen ictus celestis iaculi a feriẽdo dicti. Fulgere eni ferire est ac percutere. Fulmina autẽ collisa nubila faciũt. Nã oĩum rerũ collisio ignẽ creat: vt in lapidibus cernim⁹ vel attritu rotaruʒ: vel in siluis arboꝝ: simili mõ in nubib⁹ ignis: vñ ⁊ ꝑus nubila sunt: deinde ignis. ex vẽto aũt ⁊ igne fulmina certuʒ ẽ in nubib⁹ fieri ⁊ ipulsu ventoꝝ emitti. Ideo aũt fulminis ignẽ vim habere maiorẽ ad penetrãdũ: q: subtilioꝝib⁹ elemẽtis factus ẽ q̄ noster. i. q̄ nobis in vsu est. Tria sunt aũt eius nomina: fulgur: fulgor: ⁊ fulmen. Fulgur q: tangit: fulgor: q: incendit ⁊ vrit: fulmẽ q: findit: ideo ⁊ cum ternis radys pinguntur.

De arcu ⁊ nubium effectibus. Cap. X.

ARcus cęlestis dict⁹ a silitudine curuati arcus. Iris huic ꝓpriũ nomẽ ẽ: ⁊ dictus iris q̄si aeris. i. ꝙ ꝑ aera ad terras descẽdat. Hic aũt a sole resplẽdet duʒ caue nubes ex aduerso radiũ solis accipiũt ⁊ arcus speciẽ fingũt: cui varios colores illa dat res: q: aq̄ tenuis: aer lucidus: ⁊ nubes caligãtes irradiata ista varios creãt colores. Pluuię dictę ꝙ fluãt: q̄si fluuię. Nascunt̃ eni de terrę ⁊ maris anhelitu: q̄ cũ altius eleuatę fuerint: aut solis calore resolutę: aut vi ventoꝝ ↄpsę stillant̃ in terris. Nimb⁹ est dẽsitas nubis itẽpesta ⁊ obscura: ⁊ ide nimb⁹ a nube. Sũt aũt nimbi repentinę ⁊ ꝓcipites pluuię. Nã pluuias vocam⁹ lẽtas ⁊ iuges: q̄si fluuias: quasi fluẽtes. Imbres aũt ⁊ ad nubes ⁊ ad pluuias ꝑtinẽt: dicti a greco vocabulo ꝙ terrã iebriẽt ad germinãdũ. Ex his. n. cuncta creant̃. vñ ⁊ Lucreti⁹: Ex igni terra atq̄ʒ aia nascuntur ⁊ imbri. est aũt nomẽ grecũ. Grãdo appellata: ꝙ forma eius granoꝝ silitudinẽ habeat. Hęc aũt vẽtoꝝ rigore durant̃ ĩ nube: ac solidant̃ ĩ niuẽ: ruptoq̄ aere soluũtur. Nix a nube vñ venit. ⁊ glacies a gelu ⁊ aqua: q̄si glacies. i. gelata aq̄. Gelu autẽ ꝙ eo stringat̃ tellus. Se quippe terra dicitur. Tũc autẽ maiori gelu stringit̃ terra cuʒ fuerit nox serena. Pruina est matutini t̃pis frigus: ⁊ ide pruine nomen accepit: q: sicut ignis vrit. Pyr eni ignis. Urere vero ⁊ ad frigus ⁊ ad solẽ ꝑtinet. Nã vno sermone duo diuersa significant̃: ꝓ eo ꝙ vnũ effectũ habẽt. Similis eni vis est ⁊ caloris ⁊ frigoris: vñ ⁊ vtraq̄ saxa rũpunt. Nã ⁊ calor vrit: vt ẽ Urit̃ infęlix dido. Itẽ frigus vrit: vt est: aut boreę penetrabile frigus adurat. Ros gręcum est qd̃ illi drosos dicunt. Aly ros putãt dictũ: q: rarus est ⁊ nõ spissus: vt pluuia. Nebula ide dicta: vñ ⁊ nubila ab obnubẽdo. s. hoc ẽ operiẽdo terrã: siue ꝙ nubes volãs faciat. Exalãt. n. valles humidę nebulas ⁊ fiunt nubes. Inde nubilũ: ide niues. Nebulę autem ima petũt cũ serenitas est: sũma cũ nubilũ. Caligo vmbra est de spissitudine aeris effecta. Et dicta caligo ꝙ maxime aeris calore gignat̃. Tenebrę dicũt̃ ꝙ teneãt vmbras. Nihil aũt sunt tenebrę: sed ipsa lucis absentia tenebre dicunt̃: sicut silentiũ nõ aliqua res ẽ: sʒ vbi sonus nõ ẽ: silẽtiũ dicit̃: sic tenebrę nõ aliq̄d sunt: sʒ vbi lux non est tenebrę dicunt̃. Umbra ẽ aer carẽs sole: dicta aũt ꝙ fiat cũ solis obyciantur radys. Est aũt mobil' ⁊ incerta ⁊ ex sol' circuitu ⁊ ex motu locoꝝ. Naʒ quotiẽs mouemur in sole nobiscũ mouere videt̃: q: vbiquoq̄ loco a radys solis obsistim⁹: ꝓinde illumẽ auferimus: sic ⁊ igredi nobiscũ vmbra ⁊ gestus nostros videt̃ imitari. Lux ipsa substãtia: lumẽ qd̃ a luce manat. i. cãdor lucis: sed hęc confundunt auctores.

De ventis. Cap. XI.

VEntus aer cõmot⁹ ⁊ agitat⁹: ⁊ pro diuersis partibus cęli noia sortit̃ diuersa. Dict⁹ aũt ventus ꝙ sit vehemẽs ⁊ violent⁹. Uis eni eius tãta est: vt nõ solũ saxa ⁊ arbores euellat: sʒ ẽt cęlũ terrãq̄ cõturbet: maria cõmoueat. Uẽtoꝝ quattuor ꝑn cipales spũs sunt. Quoꝝ prim⁹ ab oriẽte subsolan⁹: a meridie auster: ab occidẽte fauoni⁹: a septẽtrione eiusdẽ noĩs vẽtus aspirat: habẽtes geminos hincinde vẽtoꝝ spirit⁹. Subsolan⁹ a latere dextro vulturnũ habʒ: a lęuo euꝝ. Auster a dextris euro austꝝ: a sinistris austro africũ. Fauoni⁹ a parte dextra africũ: a leua chorũ. Porro septẽtrio a dextris circiuʒ: a sinistris aquilonem. Hi duodecim vẽti mũdi globũ flatib⁹ circũagũt. Quoꝝ noia ꝓprys ex causis signata sũt. Nã subsolan⁹ vocat⁹ eo ꝙ sub ortu solis nascat̃. Eur⁹: eo ꝙ ab eo flat. i. ab oriẽte. Est eni subsolano ↄiunct⁹. Uulturn⁹ ꝙ alte tonat: de quo Lucreti⁹: Altitonãs vulturn⁹ ⁊ auster fulmiẽ pollẽs. Auster ab hauriẽdo aquas vocat⁹: vñ ⁊ crassuʒ aerẽ fac̃ ⁊ nubila nutrit. Hic gręce not⁹ appellat̃ ꝓpter ꝙ iterdũ cõrũpat aerẽ. Nã pestilẽtiã q̄ ex corrupto aere nascit̃ auster flãs ĩ reliquas regiões trãsmittit: sʒ sicut auster pestilẽtiã gignit: sic aquilo repellit. Euro auster dict⁹ ꝙ ex vna parte habeat euꝝ: ex altera austruʒ. Austro africus: ꝙ cõiunct⁹ sit hincinde austro ⁊ africo. Ipse ⁊ libonot⁹ ꝙ sit libs hinc ⁊ inde notus. Zephyrus gręco noĩe appellatus: eo ꝙ flores ⁊ germina ei⁹ flatu viuificẽt̃. Hic latine fauonius dicitur: ꝓpter ꝙ foueat quę nascunt̃: vnde illud. Et ʒephyro ruris se glesa resoluit. Austro auteʒ flores soluunt̃: a ʒephyro fiũt. Afric⁹ a ꝓpria regione vocat⁹. In africa enim initiũ flandi sumit. Corus est q̄ ab occidẽte estiuo flat: ⁊ vocat⁹ corus ꝙ ipse ventoꝝ circuluʒ claudat: ⁊ quasi choꝝ faciat. Hic antea caurus dict⁹ quẽ pleriq̄ argesten dicũt: nõ vt imprudẽs vulg⁹ agresten. Septẽtrio dict⁹ eo ꝙ a circulo septẽ stellaꝝ ↄsurgit quę vertẽte se mũdo resupinato capite ferri videtur. Circi⁹ dict⁹ eo ꝙ choro sit iunctus. Hũc hispani gallicũ vocãt: ꝓpter ꝙ eis a parte gallitie flat. Aq̄lo dict⁹ eo ꝙ aquas stringat ⁊ nubes dissipet. Est eniʒ gelidus vent⁹ ⁊ siccus. Idem ⁊ boreus: q: ab hyperboreis mõtib⁹ flat. Inde eniʒ origo eiusdẽ venti est: vnde ⁊ frigidus. Natura eniʒ omniũ septẽtrionaliũ ventoꝝ frigida ⁊ sicca est: australiũ humida ⁊ calida: ex omnib⁹ aũt vẽtis duo cardinales sunt: septẽtrio ⁊ auster. Ethesię aũt flabra aquilõis sunt: quib⁹ nomen inditum est: ꝙ certo anni tẽpore flatus agere incipiũt. Eniautos eniʒ gręce ãnus latinę dicit̃. Hęc aũt cursuʒ rectũ a borea in ęgyptũ ferũt: quib⁹ auster cõtrarius est. Duo sunt aũt extra hos vbiq̄ spũs magis q̄ venti: aura ⁊ altan⁹. Aura ab aere dicta q̄si aerea ꝙ lenis sit mot⁹ aeris. Agitat⁹ eniʒ aer aurã facit: vnde ⁊ Lucreti⁹. Aereas auras. Altanus qui in pelago est per deriuationẽ ab alto. i. mari vocatur. Naʒ alter est flat⁹ in ripis quẽ diximus aurã. Nam aura terra est. Turbo ẽ volubilitas ventoꝝ: ⁊ turbo dict⁹ a terra: quotiẽs vẽt⁹ ↄsurgit ⁊ terrã in circuitũ mittit. Tẽpestas aũt ꝑ t̃pe dicit̃: sicut vbiq̄ historiographi solẽt duʒ dicũt ea tẽpestate: aut ab statu cęli: q: magnitudine sui multis diebus orit̃. Uerno aũt ⁊ autũnali t̃pe q̄ maxime fiunt tempestates q̄ñ nec plena est ęstas: nec plena hyems: vnde ⁊ mediũ ⁊ cõfine vtriusq̄ t̃pis ex cõiunctõe aeꝝ contrarioꝝ efficiunt̃ tempestates. Fragor a fractaꝝ reꝝ nominat⁹ est sonitu: q: sicca queq̄ ⁊ arida facile frangit. Procella ab eo ꝙ ꝓcellat. i. ꝑcutiat ⁊ euellat. Est. n. vis vẽti cuʒ pluuia. Procellę. n. aut de fluminib⁹: aut de vẽtis fiunt. Nihil aũt velocius vẽtis: vñ ⁊ propter celeritatẽ taʒ vẽtos q̄ fulmina alata fingũt poetę: vt alatis viribus austri.

De aquis. Cap. XII.

AQua dicta ꝙ supficies ei⁹ ęqualis sit. Hinc ⁊ ęquor appellatũ: q: ęq̄liter sursum ẽ. Duo aũt sunt validissima vitę humãę elementa ignis ⁊ aq̄: vñ grauiter dãnant̃ q̄b⁹ ignis ⁊ aqua iterdicit̃. Aquaꝝ elemẽtũ cęteris omnib⁹ imperat. Aquę eni cęlũ temperant: terraʒ fęcũdãt: aerẽ exalatõib⁹ suis ĩcorporãt: scandũt in sublime: ⁊ cęlũ sibi vendicãt. Quid eniʒ mirabilius aquis in cęlo stãtib⁹? Parũ sit in tantam ꝑuenisse altitudinẽ. Rapiũt ⁊ secũ pisciũ examina: effusę omniũ ĩ terra nascentiũ causa fiunt. Fruges gignũt: arbores: frutices: herbasq̄ producunt: sordes detergunt: peccata abluunt: potuʒ cunctis animantibus tribuunt.

De diuersitate aquaꝝ. Cap. XIII.

AQuaꝝ naturę diuersitas multa est. Alię eni salis alię nitri: alię aluminis: alię sulphuris alię bituminis: alię curã morboꝝ adhibentes. Nã iuxta romã albulę aquę vulnerib⁹ medent̃. In italia fons ciceronis oculorum vulnera curat. In ethiopia lac⁹ est quo ꝑfusa corpora velut oleo nitescũt. Zame fons ĩ africa canoras voces facit. Ex clitorio lacu italię q̄ biberit: vini tędiũ habẽt. In chio insula fontẽ esse dicũt: quo hebetes fiũt. In boetia duo fontes: alter memoriã: alter obliuionẽ affert. Ciçici fons amorẽ veneris tollit. Boetię lacus furialis ẽ: de quo q̄ biberit ardore libidinis exardescit. In cãpania sũt aquę quę sterilitatẽ fęminaꝝ ⁊ viroꝝ ĩsaniã abolere dicũt̃. In ęthiopia fonte rubro q̄ biberit: lymphaticus fit. Lechnus fons archadię abort⁹ fieri nõ patit̃. In sicilia fontes sũt duo quoꝝ vn⁹ sterilẽ fęcũdat: alter fęcũdã sterileʒ facit. In thessalia duo sunt fluia: ex vno bibẽtes oues nigras fieri ferunt: ex altero albas: ex vtroq̄ varias. Clitũnus lac⁹ in vmbria maximos boues gignit. Reatinis plaudib⁹ iumẽtoꝝ vngulas idurari dicunt. In asphaltide lacu iudeę nihil mergi põt q̄cq̄d aĩam hʒ. In idys fidẽ vocat̃ stagnũ ĩ quo nihil inatat sʒ oĩa mergũt̃. At cõtra ĩ alce lacu ꝑ porcidamũ oĩa fluitãt: nihil mergit̃. Marside fons in phrygia saxa generat. In achaia aq̄ ꝓfluit e saxis stix appellata: q̄ ilico potata interficit. Celoniũ stagnuʒ sicilię tetro odore abigit ꝓximantes. Fons est in africa circa tẽplũ ãmonis q̄ humoris nexib⁹ humũ strigit. Fauillas etiã ĩ cespitẽ solidat. Fõs iob ĩ idumęa quater in ãno colorẽ mutare dicit̃. i. puluerulẽtũ: sanguineũ: viridẽ: ⁊ limpidũ: ternis mẽsibus in ãno tenẽs ex his vnũ colorẽ. In troglodytis lac⁹ est: ter in die fit amar⁹: ⁊ deinde totiẽs dulcis. Fons syloa ad radicẽ mõtis syon: nõ iugib⁹ aquis: sed ĩ certis horis diebusq̄ ebullit. In iudęa quõdã riu⁹ sabbatis omnib⁹ siccabatur. In sardinia fontes calidi oculos medent̃: fures arguũt. Nã cęcitate detegit̃ eoꝝ facinus. In epiro esse ferũt fontem in quo faces extinguũt̃ accẽsę: ⁊ accẽdũt̃ extinctę. Apud garamãtes fontem esse ita algentem die vt non bibatur: ita ardentem nocte vt non tangatur. Iam vero in multis locis aquę manãt perpetim feruentes tanta vi vt balnea calefaciant. Quędam enim terrę sunt quę multuʒ sulphuris ⁊ aluminis habent. Itaq̄ cum per venas calentes aqua frigida venit vicino sulphuris calore contacta excandescit: nec talis ab origine effluit: sed permutatur dum venit. Sulphur eniʒ alumẽq̄ secũ ferũt aquę vtrãq̄ materiã igne plenam mirisq̄ motibus incalescentem.

¶ De maris nomine. Cap. XIIII.

MAre est aquaꝝ generalꝭ collectio. Omnis.n. ꝯgregatio aq̄ruꝫ: siue salse sint siue dulces: abusiue maria nūcupanť: iuxta illud. Et cōgregatiōes aquaꝝ apellauit maria. Prope aūt mare appellatum eo ꝙ aquę eius amare sint. Equor aūt vocatuꝫ: qꝛ ęqualiter sursum est: ⁊ q̄uis aquę fluctuātes velut montes erigant sedatis rursus tēpestatib⁹ adęquātur. Altitudo enim maris diuersa est: indiscreta tñ dorsi ei⁹ ęqualitas. Jō aūt mare incremētū nō capit cū omnia flumina ⁊ oēs fontes recipiat: hęc causa est partiꝫ ꝙ influētes vndas ipsa magnitudo eius non sentiat: deinde ꝙ amara aqua dulce fluētuꝫ ꝯsumat: vel ꝙ ipse nubes multū aquaꝝ ad se attrahāt: siue ꝙ illā partim venti auferant: partiꝫ sol exsiccet: postremum ꝙ per occulta quędam terrę foramina ꝑcolatur ⁊ ad caput omniū fontesq̧ reuolutū recurrat. Maris aūt certū esse colorē: sꝫ pro qualitate ventoꝝ mutari. Naꝫ modo flauuꝫ est: modo lutulentū: modo atrum.

¶ De oceano. Cap. XV.

OCeanū greci ⁊ latini ideo nominant: eo ꝙ in circuli modo ambiat orbem: siue a celeritate: eo ꝙ oci⁹ currat. Jtē quia vt cęlū purpureo colore nitet: ocean⁹ quasi cianeus. Jste est q̄ oras terraruꝫ amplectiť: alternisq̧ ęstibus accedit atq̧ recedit. Respirantib⁹ eniꝫ in profundū ventis aut remouet maria: aut resorbꝫ. Quiq̧ a ꝓximis regionib⁹ diuersa vocabula sumpsit: vt gallicus: germanic⁹: scythicus: caspius: hyrcanus: atlanticus: gaditanus. Nam gaditanuꝫ fretum a gadib⁹ dictū: vbi primo ab oceano maris magni limen aperitur. Unde ⁊ hercules cuꝫ gadibus peruenisset: colūnas ibi posuit sperans illic esse orbis terrarum finem.

¶ De mediteraneo mari. Cap. XVI.

MAre magnū est qđ ab occasu ex oceano fluit: ⁊ in meridiē ṽgit: deide ad septētrionē tēdit. Qđ ideo magnuꝫ appellať qꝛ cętera maria in cōparatiōe eius minora sūt. Jstud est ⁊ mediterraneū: qꝛ ꝑ mediā terrā vsq̧ ad orientem ꝑfundiť: europā ⁊ africā: asiāq̧ disterminās. Cuius primę partis sin⁹ qui in hispanys ꝑfundiť: hyberic⁹ ⁊ balearicus appellať. Deide gallicus qui narbonēsem ꝓuinciā alluit. Mox ligusticus q iuxta ianuā vrbē est ꝓxim⁹. Post hec tyrrhen⁹: qui italiā attigit: quē gręci ioniū: itali inferū vocāt. Deide siculus q a sicilia vsq̧ ad cretam vadit. Deinde creticus q in pamphyliā ⁊ ęgyptū ꝓtēdit. Jnde hellespōtus q i septētrionē retorquēs anfractib⁹ magnis iuxta gręcias ⁊ illyricū in āgustias septē stadioꝝ stringiť: quo xerxes ponte nauib⁹ facto in gręciaꝫ cōmeauit: ibi est abydus. Jnde diffusus ab ęquore patente rursus stringiť ⁊ facit ꝓpontidē: q mox in qngentos passus coartať: fitq̧ bosphor⁹ thraci⁹ quo darius copias transportauit: inde pōticus sinus amplissim⁹ a tergo męotidis paludib⁹. Qđ mare ex mł'titudie fluminū dulci⁹ q̄ cętera nebulosumq̧ ⁊ breui⁹ est: vñ ⁊ ponticū vocatū ꝙ sit breui⁹ atq̧ eo ꝓter focas ⁊ tynnos atq̧ delphinos aliasq̧ bęluas maiores nō patiť. Sicut aūt terra dum vna sit ꝑ diuersis locis varys appellať vocabul: ita ⁊ ꝑ regiōib⁹ hoc mare magnū diuersis nominibus nuncupať. Nam ibericum ⁊ asiaticuꝫ a ꝓuintys dcm̄. Ab isulis balearicū siculū creticū: cypriuꝫ: ęgeū: carpaciū. Nā inter tenedū ⁊ chiū saxū ē in mari poti⁹ q̄ isula: qđ visentib⁹ ꝓcul capręsimile crediť: quā gręci ęga nūcupāt: vnde ⁊ ęgeū mare ē dcm̄: sic ⁊ carpatiū mare iter ęgyptū ⁊ rhodū ab isula carpato illic posita. A gētibus gallicū ausoniū: dalmatiū: libusticū. Ab oppidis argolicū: corinthiū: tyriū: adriaticū. Nā adria quędaꝫ ciuitas illyrico mari ꝓxima fuit: quę adriatico mari nomē dedit. A positōe cęli: vt superū: inferū: ꝙ sit oriens superior: occidēs iferior. Est aūt tuscum ⁊ adriaticū. A memoria ducis vt ioniū. Jones q ppe dux fuit gręcię. Unde iones atheniēses. Hoc mare ⁊ tyrrhenū dcm̄ siue ꝙ tusciā alluit. i. tyrrhenium: siue a tyrrhenis nautis q se i hoc mare ꝓcipitauerūt. Et sciēdū ioniū sinū esse imēsuꝫ ab ionia vsq̧ ad siciliā: ⁊ huius partes esse adriaticū: achaicū: ⁊ epiroticū. A moribus accolaꝝ: euxin⁹ axenus antea appellatus ē. A casib⁹ hominū q ceciderūt i mari: vt hellespōtū: icareū myrtoū. Nā myrtoū mare dcm̄ a myrtili lapsu ꝙ illic ab oenomao ꝓcipitatū sit. Jcarus vero cretēsis vt fabulę ferūt altiora petēs pēnis solꝭ calore solutis mari i quo cecidit nomē iposuit. Frix⁹ quoq̧ cū helle sorore sua fugiēs isidias nouercales cōscendit nauē signuꝫ arietis habētē q̄ liberat⁹ ē. Helles aūt soror ei⁹ ꝑpessa naufragiū decidit in mari: ⁊ mortua hellespōto mari nomē dedit. Ab ordine fluēti: ꝓpōtidis. Nā dictū ꝓpontidū: qꝛ pontū ꝑuenit. Jdē ⁊ a trāsitu vł āgustis meatib⁹ boū bosporus. ęgypti⁹ āt pelagus asię dať: gallicus europę: africus libyę. His vt quęq̧ ꝓxima sūt venerūt i partes. Pelagus āt ē latitudo maris sine littore ⁊ portu gręco noie apo tu plagia: hoc ē a latitudine dict⁹: vñ ⁊ plagia: eo ꝙ sint iportuosa.

¶ De finibus maris. Cap. XVII.

SJnus dicunť maiores recessus maris: vt in mari magno ioni⁹: i oceano caspi⁹: indicus: ꝑsic⁹: arabic⁹: q ⁊ mare rubꝝ q oceano ascribiť. Rubrū aūt mare vocatum: eo ꝙ sit roseis vndis ifectū. Nō tñ talē naturā hꝫ q̄lē videť ostēdere: sꝫ vicinis littorib⁹ vitiatur gurges atq̧ ificiť: qꝛ ois terra quę circūstat pelago rubra ē ⁊ sanguineo colori ꝓximo. Jdeoq̧ inde miniū acutissimū excerpiť ⁊ aly colores: qb⁹ pictura variať. Ergo cū terra hāc habeat naturā: fluctib⁹ subinde diluiť: ⁊ qcqd adhesuꝫ ē i colorē cadit. Ob hoc etiā in his littoribus gemmę rubrę iueniunť. Lapillus enim huiusmodi humo iuolut⁹ cū inter harēas attrit⁹ est: ⁊ terrę colorē habꝫ ⁊ maris. Hoc mare i duos sin⁹ scindiť. Ex his q ab oriente ē ꝑsicus appellať: quia ora illi⁹ ꝑsę inhabitant. Alter vero arabicus dicitur ꝙ sit circa arabiam.

¶ De ęstibus ⁊ fretis. Cap. XVIII.

AEstus ad oceanū pertiet: fretū ad vtrūq̧ mare. Nā ęstus est maris accessus vel recessus. i. inquietudo. Unde ⁊ ęstuaria per quę mare vicissiꝫ tuꝫ accedit q̄ recedit. Fretum aūt appellatū ꝙ ibi semꝑ mare ferueat. Nā fretū est angustū: ⁊ quasi feruēs mare: ab vndaꝝ feruore noiatū: vt gaditanū vel siculū. Nā freta dicta Uarro ait: quasi feruida. i. feruentia ⁊ motū feruoris habētia. Fretū sicilię qđ regiū diciť Salustius tali ex causa vocari scribit dicēs. Jtalię olim siciliam cōiunctā fuisse: ⁊ dū esset vna tellus: mediū spaciū aut ꝑ humiditatē abruptū est aquis: aut ꝑ angustiā scissuꝫ ⁊ inde regiū noiatū: qꝛ gręce abruptū hoc noie nūcupať. Est autē artissimū triū miliū spacio siciliā ab italia diuidēs fabulosis ifame mōstris: qb⁹ hicinde scylla ⁊ charybdis ondiť. Scyllā accolę saxū mari imminēs appellāt: simile celebratę formę ꝓcul visentib⁹. Uñ ⁊ mōstruosam speciē fabulę illi dederūt: quasi formā hois capitib⁹ succinctā caninis: qꝛ collisi ibi fluct⁹ latrat⁹ videnť exprimere. Charybdis dicta ꝙ gurgitib⁹ occultis naues absorbeat. Est eni mare verticosuꝫ: ⁊ ide ibi laniata naufragia ꝓfundo emergūt. Ter aūt in die erigit fluct⁹: ⁊ ter absorbꝫ. Nā accipit aq̄s vt vomat: vomit rursus vt accipiat. Syrtes āt sūt harēosa i mari loca. Syrtes aūt Salustius a tractu vocari dicit ꝙ oia ad se trahāt: appropinquātes vadoso mari hęreāt. Hę aūt ad mare ęgyptiū vicinę sunt ⁊ pariter admisceť. Uada vo sunt ꝑ que in mari vel in fluminib⁹ homines vel aīalia pedibus vadūt: que Uirgilius breuia appellat: gręci braica.

¶ De lacis ⁊ stangis. Cap. XIX.

SUnt aūt ⁊ q̄daꝫ maria q̄ nō misceнť oceani fluctib⁹ aut mari magno: ⁊ dicūť lac⁹ ⁊ stagna. Lacus est receptaculū in quo aqua retineť: nec misceť fluctib⁹: vt lacus asphalti: vt lacus benac⁹ ⁊ lari⁹: ⁊ cęteri quos gręci limen. i. stagnos vocāt. Nā fontes labunť in fluuys: flumina in freta discurrunt. Lacus stat i loco nec ꝓfluit: ⁊ dict⁹ lacus quasi aquę locus. Lacus asphalti id ē ⁊ mare mōtuū vocatū: ꝓpter ꝙ nihil gignit viuū: nihil recipit ex genere viuētiū. Naꝫ neq̧ pisces hꝫ neq̧ assuetas aq̄s ⁊ lętas mergēdi vsu patiť aues: sꝫ ⁊ quęcunq̧ viuētia mergēda tētaueris quacūq̧ arte: dimersa statiꝫ resiliūt: ⁊ q̄uis vehemēter illisa cōfestiꝫ excutiūť: sꝫ neq̧ vētis moueť: resistente turbinib⁹ bitumine: quo aqua ois stagnať: neq̧ nauigatōis patiēs est: qꝛ oia vita carētia in ꝓfūduꝫ merguнť: nec materiā vllaꝫ sustinet nisi quę bitumine illustrať. Lucernam accensaꝫ ferūt supnatare: extincto demergi lumine. Hoc ⁊ mare salinaꝝ diciť: siue lac⁹ asphalti. i. bituminis: ⁊ est i iudea iter hiericho ⁊ çoaran. Lōgitudo eius vsq̧ ad çoaras arabię dirigiť stadys septingētis octoginta. Latitudo stadys centū qnquaginta vsq̧ ad vicinia sodomoꝝ. Lacus tiberiadis ab oppido tiberiade vocatus: quod quondā herodes in honorem tibery cesaris cōdidit. Est aūt in iudea oibus lacis salubrior: ⁊ ad sanitatē corpoꝝ quodāmō efficacior. Genesar lac⁹ amplissimus i iudea longitudine cētū quadragita extēdiť stadys: latitudine q̄draginta: diffundiť crispantib⁹ aq̄s: aurā nō ventis: sꝫ deseipso sibi excreans. Unde ⁊ genesar diciť gręco vocabulo quasi generās sibi aurā. Deniq̧ ꝑ diffusiora spacia lacus frequētib⁹ auris spirātib⁹ agitať. Uñ ⁊ purior haustus ei⁹ ⁊ ad potandū dulcis ⁊ habil. Benacus lac⁹ italię i venetia: de quo flumius nasciť minci⁹: q lacus magnitudine sui tēpestates imitať marinas. Lucrin⁹ ⁊ auernus lac⁹ cāpanię sunt. Lucrin⁹ aūt dict⁹: qꝛ oliꝫ ꝓpter copiā pisciū vectigalia magna ꝑstabat. Auern⁹ aūt lac⁹ vocat⁹ ꝙ aues ibi supuolitare nō possint. Nā antea siluaꝝ densitate sic ambiebať: vt exalātes ide per angustias aquę sulphurę fetor grauissimus superuolātes aues alitu suo necaret. Quā reꝫ augustus cęsar itelligēs delectis siluis: ex pestilētibus amęna reddit loca. Lacus aūt idē ⁊ stagnū vbi imensa aqua couenit. Nam dictum est stagnum ab eo ꝙ illic aqua stet nec decurrat.

¶ De abysso. Cap. XX.

ABysus ꝓfunditas ē aq̄rū ipenetrabil: siue spelūcę aq̄rū latētiū: de qb⁹ fontes ⁊ flumina ꝓcedūt: vel q̄ occulte subtereūt: vñ ⁊ abyssus dict⁹. Nā oēs aq̄s siue torrentes ꝑ occultas venas ad matricē abyssuꝫ reuertūť. Fluct⁹ dicti ꝙ flatib⁹ fiāt. Uentoꝝ. n. ipulsu agitatę aq̄ fluctuāt. Aq̄ ē statiua ⁊ sine motu ęq̄lis. Unda vo eminēs liquor q semꝑ i motu ē. Lucreti⁹: Aereas vndas. i. mot⁹ ⁊ corp⁹ illud qđ refluctuat. Naꝫ nec vnda ꝑ se aq̄ ē: sꝫ aq̄ in motu quodā ⁊ agitatōe: q̄si abeūdo ⁊ redeūdo vnda vocata. Latex ꝓpe liquor fontis ē: ⁊ dict⁹ latex ꝙ in venis terrę lateat. Gutta est q̄ stat: stilla q̄ cadit: Hinc ⁊ stillicidiū: quasi stilla cadēs. Stiria eni gręcū est. i. gutta: ide fit diminutiuū vt dicam⁹ stilla. Duꝫ aūt stat aut pēdet de tectis vł arborib⁹: quasi glutiosa gutta ē: duꝫ ceciderit stilla ē. Spūa dcā ab eo ꝙ spuať: sordes. n. sūt vndaꝝ: vñ ⁊ mustū: ⁊ ea q̄ coquūť spuma purgāť. Hic ⁊ sputuꝫ.

¶ De fluminibus. Cap. XXI.

FLuuius est perennis aquaꝝ decursus: a fluendo perpetim dictus. Proprie aūt flumen ipsa aqua: fluuius: cursus aquę. Prius autē flumen q̄ fluuius. i. prior aqua q̄ decursus. Duo sunt fluminū genera: vnuꝫ torrēs: alterū viuū: de quo Uirgili⁹. Donec me flumine viuo abluero. Torrēs est aqua veniens cuꝫ impetu. Dictus aūt torrēs: qꝛ pluuia crescit: siccitate torrescit. i. arescit: de quo Pacuuius. Flāmeo vapore torrens torret: cui gręci ab hyeme nomen dederūt: nos ab estate: illi a tpe quo arescit: nos a tempore quo siccať. Amnis fluuius ē nemore ac frondib⁹ redimit⁹: ⁊ ex ipa amenitate amnis vocať. Decursus ꝓprie finis cursus siue aquaꝝ sit seu quarūlibꝫ reꝝ. Riui dicti ꝙ deriueť ad irrigānduꝫ. i. ad iducēdū aq̄s i agris. Naꝫ irrigare iducere ē. Gurges ꝓprie loc⁹ altus i flumine. Puteus ē loc⁹ defossus ex quo hauriť aq̄: a potatiōe dict⁹. Fōs caput ē aq̄ nascētis: q̄si aquas fundēs. Quidaꝫ aūt fluuioꝝ ꝓprys ex causis noia acceperūt: ex qbus nōnulli notādi sunt q i historys celebres memoranť. Geon fluui⁹ de paradiso exiens atq̧ vniuersam ethiopiā cingēs vocatus hoc noie ꝙ incremēto suę inūdatōis terrā ęgypti irriget. Ge. n. gręce latine terrā significat. Hic apud ęgyptios nilus vocatur: ꝓpter limū queꝫ trahit q efficit fęcūditatē. Uñ ⁊ nilus dictus est q̄si νεα ιλυσ. Naē antea nilus latine melo dicebatur. Apparet autē in nilide lacu: de quo in meridieꝫ versus excipiť ęgypto vbi aquilonis flatib⁹ repercussus aq̄s retro luctantibus intumescit: ⁊ inundationē ęgypti facit. Ganges fluuius quē phison sancta scriptura cognominat: exiēs de paradiso pergit ad indię regiōes. Dictus aūt phison. i. caterua qꝛ. i o. fluminibus magnis sibi adiunctis: impleť ⁊ efficiť vnus. Ganges aūt vocat⁹ a rege gangaro idię. Fertur āt nili modo exaltari ⁊ super oriētis terras erūpere. Tigris fluuius mesopotamię de paradiso exurgēs ⁊ pergens cōtra assyrios: ⁊ post multos circuit⁹ i mare mortuū influēs. Uocatur autē hoc nomine ꝓpter velocitatē instar bestię tigridis nimia pernicitate currētis. Euphrates fluui⁹ mesopotamię: de paradiso exurgēs copiosissim⁹ gēmis q per mediaꝫ babyloniā influit: hic a frugibus vel ab vbertate nomē accepit. Nam hebraice euphrata fertilitas interpretať. Mesopotamiā etenim in qbusdaꝫ locis ita irrigat: sicut ⁊ nilus alexandriā. Salusti⁹ aūt auctor certissimus asserit tigrin ⁊ euphraten vno fonte manare in armēia: q per diuersa euntes longius diuiduнť spacio medio derelicto multoꝝ milium: quę tñ terra quę ab ipsis ambiť mesopotamia dicitur. Ex quo Hieronym⁹ animaduertit aliter de paradisi fluminib⁹ intelligendū. Jndus fluuius oriētis qui rubro mari accipiť. Jsta spes fuit medoꝝ rex antiqssimus: ex quo amnis oriētis nomē accepit: q nunc idaspes diciť: de quo Lucan⁹. Qua medus idaspes Accedunt pelago phębi surgentis ab igne iam ꝓprior q̄ persis erā. Qui dū sit fluui⁹ ꝑsarū: diciť tñ contra orientē decurrere. Araris fluuius germanię. De quo Uirgilius: Aut ararim parthus bibet: aut germania tigrim. Currit eni per parthiā ⁊ assyriā. Bactrus fluui⁹ orientis a rege bactro vocatus ferť: a quo ⁊ bactriāi ⁊ vrbs eoꝝ. Coaspis fluuius ꝑsaꝝ vocatus eoꝝ lingua ꝙ mirā aq̄ dulcedinem habeat: adeo vt ꝑsici reges q̄diu inter ripas ꝑsidis fuerint sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidā cydnū cilicię fluuiuꝫ deriuari existimant. Araxis amnis armenię q ab vno mōte cū euphrate diuersa specie oriť: dict⁹ ꝙ rapacitate cuncta ꝓsternat. Unde ⁊ cū alexāder eū trāsgredi vellet ponte fabricato tanta vi inundauit vt pontem dirueret. Hic breuibus iteruallis ab euphratis ortu caput tollit: ac deinde caspiuꝫ ferť in mare. Fluuius syrię q vocatur orontes iuxta āthiochię muros decurrēs: qui a solis ortu oriens nō longe ab vrbe mari condiť: quem de originis suę tractu orientē veteres latine appellauerunt. Cuius fluentis ex ipo impetu frigidiorib⁹ ⁊ cephyris assidue ibi spirantibus tota ciuitas momentis prope omnibus refrigeratur. Jordanis indeę fluuius a duobus fontibus nominať: quoꝝ alter vocať ior: alter dan. His igitur ꝓcul a se distātibus in vnum alueum federatis: iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub libano monte ⁊ diuidit iudeā ⁊

arabiā:qui per multos circuit⁹ iuxta hierico in mare mor/
tuum influit.Eusis caucaseis montib⁹ fusus cuꝫ pluribus
alijs in euxinū se pcipitat mare:vnde ꝛ nuncupaṫ:Cydnus
amnis cilicie:a tauro monte:progrediēs:miram aquaꝝ ha
bēs suauitatē:ꝛ qꝛ quicqd candidū est:cydnū gentili ligua
syri dicūt.Unde amni huic nomē datum: quia tumet esta/
te:q̄ndo niues soluūṫ:reliqs anni tēporib⁹ tenuis est ꝛ ger⁹.
Ilas fluui⁹ asie.Pactolus fluuius asie harenas aureas tra
hēs:de quo Uirgili⁹.Pactolusq̧ irrigat auro:quē pro aura
to fluore alij chrisorroā vocant.Erinus fluui⁹ asie qui smyr
neos secat campos:ꝛ ipse fluctib⁹ aureis ꝛ harenis plen⁹: a
quo ꝛ smyrna vocata est. Mȩander amnis asie flexuosus:
qui recurrētib⁹ ripis inter asiam ꝛ ionā precipitaṫ in sinuꝫ:
qui miletū diuidit ꝛ prieneꝫ.Mȩander auteꝫ vocat⁹ ꝙ sit
flexuosus ꝛ nūq̄ currat rect⁹.De quo Ouidi⁹.Quiq̧ recur
uatus ludit mȩander in vndis.Tanus fuit rex scythaꝝ pri
mus:a quo tanais ferṫ fluuius nūcupat⁹ qui ex riphȩis sil/
uis veniēs:dirimit europam ab asia inter duas mundi par
tes medi⁹ currēs atq̧ in pontū fluens.Inachus achaie am
nis argolicos irrigans campos:quē rex inachus a se nomi/
nauit:q exordiū argiue genti prim⁹ dedit.Ibi est ꝛ eryman
thus ab erymantho monte dimissus.Padus italie fluuius
a iugis alpiū fusus:ex trib⁹ fontibus oritur:ex quib⁹ vni vo
cabulum est padus:q diffusus in modū stagni amneꝫ sinu
dirigit:a quo ꝛ padus est nūcupat⁹. Hic a grȩcia eridanus
cognominatur ab eridano solis filio: quem phetontem di/
cūt q fulmine percussus:in eodeꝫ fluuio deiect⁹ est ꝛ extin/
ctus.Augetur aūt ex ortu canis liquescentib⁹ niuib⁹: ꝛ cuꝫ
accessiōe.30.fluminum circa Rauēnam in adriaticū ma/
re defertur.Tyberis italie fluui⁹:a tyberino rege albanoꝝ
diciṫ appellat⁹:qui in hūc fluuiū cecidit: ꝛ de exitu suo no/
men dedit.Nam antea albola antiquū nomen a colore ha
buit ꝙ niuib⁹ albus fit.Ipse est aūt tybris qui ꝛ tyberis:sed
tyberis in quotidiāo sermōe: tybris i versu diciṫ. Danubi⁹
germanie fluui⁹ vocari fertur a niuium copia quib⁹ magis
augeṫ.Iste est qui in europa plus omnibus famam habet.
Idem ꝛ ister:qꝛ dum per innumeras vadit gentes:mutat ꝛ
nomen:ꝛ maiores sibi ambiendo colligit vires. Oriṫ a ger
manicis iugib⁹ ꝛ occidentalib⁹ partib⁹ barbarorū:pergens
contra oriētem sexaginta in se fluuios recipit:septem ostijs
in pontum influit.Rhodan⁹ gallie fluui⁹ ab oppido rhodo
cognominat⁹ est quē colōi rhodioꝝ vocauerūt:qui rapido
concit⁹ cursu:tyrrheni equoris freta scindens: non modicū
sepe nauigantiū facit periculū: dum inter se maris fluctus
ꝛ amnis fluenta decertant.Rhen⁹ a rhodani societate fer
tur vocat⁹:qm̄ cum eodē ex vna prouincia oriṫ.Est aūt ger
manie fluui⁹ inter tres europe maximos fluuios computa
tus:q a iugo alpiū vsq̧ in oceani profunda cursus suos diri
git.Iber⁹ amnis q quondam tot⁹ hispāie nomē dedit. Mi
nius fluui⁹ gallicie nomen a colore pigmēti sumpsit:qui in
eo plurim⁹ inueniṫ.Duri⁹ a grȩcis quasi doricus cognomi/
nat⁹.Tagum fluuiū carthago hispanie nuncupauit:ex qua
ortus procedit:fluuius arenis auriferis copiosus: ꝛ ob hoc
cȩteris fluuijs hispaniarum prȩlatus.Bethys fluuius: qui
ꝛ bethyce prouincie nomen dedit:de quo Martialis. Be/
thys oliuifera crinē redimite corōa:aurea qui nitidis velle
ra tingis aquis:eo ꝙ ibi lane pulchro colore tinguntur Be
thys aūt dict⁹ eo ꝙ humili solo decurrat. Bethyn eni grȩ/
ci humile vel mersum vocāt.Quȩdā aūt flumina i diluuio
soluta mole terraꝝ pclusa sūt:q̄dam vero q̄ nō erant abys/
si tūc preruptis meatibus eruperūt.

¶ De diluuijs. Cap. XXII.

Diluuium dictum ꝙ aquarum clade omnia que
inundauerit deleat. Primum diluuium extitit
sub noe: quando hominū scelerib⁹ offensus om
nipotens:toto orbe cōtecto:deletis cūctis: vnuꝫ
spaciū celi fuit ac pelagi. Cuius hacten⁹ indiciū videm⁹ in
lapidib⁹ quos in remotis montibus conchis ꝛ ostreis con/
cretos:sepe etiā cauatos aqs videre solem⁹.Secūduꝫ dilu
uiū fuit i achaia:iacob patriarche ꝛ ogigi tēporib⁹: qui eleu
sine conditor ꝛ rex fuit:nomēq̧ loco ꝛ tēpori dedit:Tertiū
diluuiū in thessalia moysi vel amphitrionis temporib⁹ fuit
qui terti⁹ post cecropē regnauit:cui⁹ temporibus aquarum
illuuies maiorē partē populoꝝ thessalie absumpsit:paucis
per refugia montiū liberatis:maxime in monte parnaso:in
cui⁹ circuitu deucalion tunc regno potiebaṫ:qui tunc ad se
ratib⁹ cōfugiētes susceptos per gemina parnasi iuga fouit
ꝛ aluit.A quo ppterea genus hominū grȩcoꝝ fabule ex la
pidib⁹ reparatū ferunt propter hominū insitaꝫ cordis duri
tiaꝫ:sed ꝛ flumina cū insolitis aucta imbrib⁹ vltra consue/
tudinē vel diuturnitatē vel magnitudinē redundant mul/
taq̧ prosternūt ꝛ ipsa diluuiū dicūtur.Sciendū autem flu
mina cū supra modū crescūt:nō tm̄ ad presens iferre dam
na:sed etiam ꝛ aliqua significare futura.

¶ Incipit liber quartusdecimus.

¶ De terra. Capitulum. I.

Terra est in me
dia mūdi regione posita om
nib⁹ partibus celi in modū
centri eq̄li interuallo consi
stēs:q̄ singulari numero to
tum orbē significat:plurali
vero singulas partes:cuius
nomina diuersa dat ratio.
Naꝫ terra a superiori parte
q̄ teriṫ hum⁹: ab iferiori vl'
humida terra:vt sub mari:
tellus autē qꝛ fructus eius
tollimus:hec ꝛ ops dicta:eo ꝙ opem fert frugibus.Eadem
ꝛ arua ab arādo ꝛ colendo vocata.Proprie aūt terra ad di
stinctionem aque arida nūcupatur:sicut scriptura ait. Qd
vocauit de⁹ terram aridam.Naturalis eniꝫ proprietas sic/
citas est terris. Nam vt humida sit hoc aquarū affinitate
sortitur.Cuius motum alij dicunt ventum esse in concauis
eius qui motus eam mouet.Salustius.Uenti per caua ter
re precipitati rupti aliquot montes tumuliq̧ sedere. Alij
aquam dicunt generalem in terris moueri ꝛ eas simul con
cutere:sicut vas:vt diṫ Lucreti⁹.Alij σφοττοειΔΗ terraꝫ
vocant:cui⁹ plerūq̧ latentes ruine superposita cuncta con
cutiunt.Terre quoq̧ hiatus aut motu aque inferioris fit:
aut crebris tonitruis:aut de concauis terre erumpentibus
venis.

¶ De orbe. Cap. II.

Orbis a rotunditate circuli dict⁹: qꝛ sicut ro
ta est.Unde breuis etiam rotella orbiculus
appellaṫ.Undiq̧ enim oceanus circūfluēs
eius in circulo ambit fines.Diuisus est autē
trifarie.Ex quib⁹ vna pars asia: altera euro
pa:tertia africa que ꝛ libya nūcupaṫ. Quas
tres partes orbis veteres non eq̄liter diuise
rūt. Nam asia a meridie per orientem vsq̧ ad septentrio/
nem peruenit:europa vero a septentrione vsq̧ ad occiden
tem:atq̧ inde africa ab occidente vsq̧ ad meridiem. Un
de euidenter orbem dimidiuꝫ due tenent europa ꝛ africa:
alium vero dimidium sola asia: sed ideo iste due partes fa
cte sunt: qꝛ inter vtrāq̧ ab oceano mare magnum ingredi
tur:quod eas intersecat.Quapropter si in duas partes oriē
tis ꝛ occidentis orbem diuidas; asia erit in vna; in altera
vero europa ꝛ africa.



¶ De asia ꝛ partibus eius. Cap. III.

Asia ex noīe cuiusdaꝫ mulieris ē appellata:
q̄ apud antiquos imperiuꝫ tenuit orientis.
Hec in tertia orbis parte disposita: ab oriē/
te ortu solis: a meridie oceano: ab occiduo
nostro mari finiṫ: a septētrione meotide la
cu ꝛ tanai fluuio terminaṫ. Habꝫ aūt puin
cias multas ꝛ regiōes:quaꝝ breuiter noīa ꝛ situs expediā:
sumpto initio a paradiso.Paradisus est loc⁹ in orientis par
tib⁹ cōstitut⁹:cuius vocabulū ex greco in latinū vertiṫ hor
tus.Porro hebraice eden diciṫ: qd in nostra lingua delitie
interpretaṫ:qd vtrūq̧ iunctū facit hortū delitiaꝝ.Est eniꝫ
omni genere ligni ꝛ pomiferaꝝ arboꝝ consit⁹: habēs etiaꝫ
lignū vite.Non ibi frigus:nō estas:sed perpetua aeris tēpe
ries.E cui⁹ medio fons prorūpens totū nemus irrigat:diui
diturq̧ in quattuor nascētia flumina:cui⁹ loci post peccatū
hominis adit⁹ interclusus est.Sept⁹ est enim vndiq̧ rom/
phea flāma.i.muro igneo accinct⁹: ita vt eius cū celo pene
iungaṫ incēdiū.Cherubin quoq̧.i.angeloꝝ psidiū arcēdis
spiritib⁹ malis super romphee flagrātia ordinatū est vt ho
mines flāme:angelos vero malos angeli boni submoueāt:
ne cui carni vel spūi transgressiōis adit⁹ paradisi pateat.In
dia vocata ab indo flumine quo ex parte occidētali claudi
tur.Hec a meridiāo mari porrecta vsq̧ ad ortū solis: ꝛ a se
ptētrione vsq̧ ad montē caucasuꝫ peruenit:habens gentes
multas ꝛ oppida:isulā quoq̧ taprobane gemmis ꝛ elephā
tis refertaꝫ:crysam ꝛ argyre auro argētoq̧ fecūdas: vtileꝫ
quoq̧ arboribus folijs nūq̄ carēteꝫ. Habet ꝛ fluuios gan/
gen ꝛ nidan ꝛ ypanē illustrantes idos.Terra indie fauonij
spū saluberrima i āno bis mittit fruges:vicē hyemis ꝛ esta
tis ethereas patiṫ.Gignit autē tincti coloris hoīes: elephā
tes igentes:monoceron bestiā:psitacū auē: hebenū quoqꝫ
lignum: ꝛ cinnamū:ꝛ piper ꝛ calamū aromaticū. Mittit ꝛ
ebur:lapides quoqꝫ preciosos: berillos chrysopassos ꝛ ada
mantē:carbunculos:liguites:margaritas: ꝛ vniones quib⁹
nobilū feminaruꝫ ardet ambitio. Ibi sunt ꝛ montes aurei
quos adire propter dracones ꝛ gryphas: ꝛ imēsoꝝ hoium
monstra ipossibile est. Parthia ab indie finib⁹ vsqꝫ ad me
sopotamiā generaliter nominaṫ.Propter inuictaꝫ eni vir
tutē parthoꝝ ꝛ assyria ꝛ reliquȩ proxime regiones eius no
mē traxerūt.Sūt eni in ea aracusa:parthia:assyria: media:
ꝛ persida que regiones inuiceꝫ sibi coniūcte:initiū ab indo
flumine sumūt:tigri claudūtur locis montuosis ꝛ asperio/
rib⁹ site:habentes fluuios hidaspen ꝛ ararim. Sunt enim
inter se finibus suis discrete:nomina a proprijs auctoribus
ita trahentes aracusa ab oppido suo nuncupata. Parthiaꝫ
parthi ab scythia venientes occupauerunt: eāqꝫ ex suo no
mine vocauerunt. Huius a meridie rubꝝ mare est:a septē
trione hyrcanum saltū: ab occiduo solis plaga media. Re
gna in ea decem ꝛ octo sunt porrecta a caspio littore vsqꝫ
ad terras scythaꝝ.Assyria vocata ab assur filio sem: qui eā
regionē post diluuiū primus incoluit.Hec ab ortu indiam:
a meridie mediaꝫ tangit:ab occiduo tigrim: a septentrione
montē caucasuꝫ:vbi porte caspie sunt.In hac regione pm⁹
inuentus est vsus purpure.Inde primuꝫ criniū ꝛ corporuꝫ
vnguēta venerunt: ꝛ odores quib⁹ romanoꝝ atq̧ grecoruꝫ
effluxit luxuria. Media ꝛ persida a regibus medo ꝛ perso
cognominate:qui eas prouincias bellādo aggressi sunt. Ex
quibus media ab occasu trāsuersa parthia regna amplecti
tur:a septentrione armenia circundatur:ab ortu caspios vi
det:a meridie persidaꝫ.Huius terra medicaꝫ arborem gi/
gnit:quam alia regio minime parturit.Sūt aūt medie due
maior ꝛ minor.Persida tendēs ab ortu vsq̧ ad idos:ab oc
casu rubꝝ mare habet:ab aquilone vero mediaꝫ tangit:ab
austro armeniaꝫ que perside annectitur:quibus est susa op
piduꝫ nobilissimuꝫ.In persida primuꝫ orta est ars magica
ad quaꝫ nemroth gigas post confusioneꝫ linguaꝝ abijt:ibi
q̧ persas igneꝫ colere docuit.Naꝫ omnes in illis partibus
solē colunt qui ipsoꝝ lingua el dicitur.Mesopotamia gre/
cam etymologiā possidet:ꝙ duobus fluuijs ambiatur. Nā
ab oriente tigrim habet:ab occiduo eufraten:incipit auteꝫ
a septentrione inter monteꝫ tauruꝫ ꝛ caucasuꝫ:cuius a me/
ridie sequitur babylōia:deinde chaldea:nouissime arabia.
Eodemon babylōie regiōis caput:babylon vrbs est: a quo
nūcupata est:tam nobilis vt chaldea ꝛ assyria ꝛ mesopota/
mia in eius nomen aliquando transierunt. Arabia appella
ta:id est sacra.Hoc enim significare interpretatur: eo ꝙ sit
regio thurifera odores creans.Hinc eā greci eodemon: no
stri beatā nominauerunt.In cuius saltibus ꝛ myrrha ꝛ cin
namomuꝫ prouenit.Ibi nascitur auis fenix: sardonix gem
ma:ꝛ hiris melocides ꝛ pedorata ibi inuēitur. Ipsa est ꝛ sa
ba appellata a filio chus qui nuncupatus est saba. Hec au
tem angusto terre tractu ad orientem versus ad persicum
sinum extenditur: cuius septentrionalia chaldea claudit:
occasuꝫ sinus arabicus.Syriam syrus quidam perhibetur
indigena a suo vocabulo nuncupasse.Hec ab oriēte fluuio
eufrate ab occasu mari nostro ꝛ egypto terminatur:habēs
a septentrione armeniam ꝛ cappadociam: a meridie sinuꝫ
arabicuꝫ.Situs eius porrectus in immensaꝫ longitudinē:
in lato angustior.Habet auteꝫ in se prouincias comagenā:
phenicium: ꝛ palestinaꝫ:cuius pars est iudea absqꝫ saracēis
ꝛ nabatheis.Comagena prima prouincia syrie a vocabulo
comage vrbis nūcupata:que quondam ibi metropolis ha
bebatur.Huius est a septētriōe cappadocia: ab ortu meso
potamia:a meridie syria: ab occasu mare magnū.Phenix
cadmi frater de thebis egyptioꝝ in syriam profectus apud
sidonem regnauit:eāqꝫ prouinciaꝫ ex suo nomine phenicīā
appellauit.Ipsa est vbi est tyrus ad quā Esaias loquiṫ.Ha
bet autem ab oriente arabiam:a meridie mare rubrū. Pa
lestina prouincia philistim vrbem metropolim habuit: q̄
nunc dicitur ascalon: ex qua ciuitate omnis circa eaꝫ regio
palestina est nuncupata.Huius ab oriente mare rubrū oc/
currit a meridiano latere iudea excipitur: a septentrionali
plaga tyriorum finibus clauditur. ab occasu egyptio limi
te terminatur. Judea regio palestine:ex nomie iude appel
lata ex cuius tribu reges habuit.Hec prius chanaan dicta
est:a filio cham.siue a decem chananeorum gentibus: qui
bus expulsis.eandem terram iudei possederunt. Initium
longitudinis eius a vico arsa vsqꝫ ad vicum iniadem por
rigitur in quo iudeorum pariter ac tyriorum cōmunis ha
bitatio est. Latitudo autem eius a monte libani vsqꝫ ad ty
beriadis lacum extendiṫ. In medio autem iudee ciuitas
hierosolyma est:quasi vmbilicus regionis totius terre: va

riarum opū diues: frugib⁹ fertilis: aquis illustris: opima bal
samis. Unde fm elemētoꝝ gratiā ęstimauerūt iudęi eam
promissaȝ patrib⁹ terrā fluētē lacte ꝛ melle: cū hinc illᷓ dei
resurrectōis ꝓrogatiuaȝ pollicerer. Samaria regio palęsti
nę: ab oppido quodā nomē accepit: qđ vocabaf samaria: ci
uitas quōdā regalis in isrl: q̄ nunc ab augusti noīe sebastia
nuncupaf. Hęc regio inter iudęaȝ ꝛ galileā media iacet: in
cipiēs a vico cui nomē est eleas: deficiēs i terra acrabato.
Sit⁹ eius natura cōsimilis: nec vllo differēs a iudęa. Gali
lea regio palęstinę vocata ꝙ gignat cādidiores hoīes q̄ꝫ pa
lestina. Hęc aūt duplex ē: supior ꝛ inferior: sibi tñ ꝯnexe: sy
rię ꝛ phęnici adhęrētes. Terra eaꝝ opima ꝛ ferax: ꝛ fructi
bus satis fęcūda. Pentapolis regio in confinio arabię ꝛ pa
lestinę sita: dicta a q̄nq; ciuitatib⁹ impioꝝ q̄ cęlesti igne cō
sūptę sunt: terra ampli⁹ a hierosolymis olim vberrima:
nūc aūt deserta atq; exusta. Naȝ pro scelere incolaꝝ de cę
lo descēdit ignis: q regionē illā in cineres ęternos dissoluit.
Cuius vmbra q̄daȝ ꝛ species in fauillis ꝛ arborib⁹ ipsis ēt
adhuc videf. Nascunf enī ibi poma virētia sub tāta specie
maturitatis: vt edēdi desideriū gignant: si carpas fatescūt
ac resoluūf in cinerē: fumūq; exalant: quasi adhuc ardeāt.
Nabathea regio a nabaioth filio ismahel nūcupata. Jacet
aūt inter iudeā ꝛ arabiā: ꝛ surgēs ab eufrate in mare rubrū
porrigif: ꝛ ē pars arabię. Egyptus q̄ prius aeria dicebaf: ab
ęgypto danai fratre postea ibi regnāte nomē accepit. Hęc
ab oriente syrię ac rubro mari cōiuncta: ab occasu libyā ha
bet: a septētrione mare magnū: a meridie vero introrsus re
cedit: ptēdēs vsq; ad ęthiopes: regio cęli imbribus insue
ta ꝛ pluuiaꝝ ignara. Nilus solus eaȝ circūfluēs irrigat: ꝛ in
undatiōe sua fęcūdat. Unde ꝛ ferax frugib⁹ multā partem
terraꝝ frumento alit: cęteroꝝ quoq; negocioꝝ adeo copio
sa: vt impleat necessarijs mercib⁹ etiā orbem terraꝝ. Finis
ęgypti canopea: a canope menelai gubernatore sepulto in
ea insula q̄ libye pncipiū: ꝛ ostiū nili facit. Seres oppidum
oriētis a quo ꝛ genus sericū ꝛ regio nūcupata est. Hęc a scy
tico oceāo ꝛ mari caspio ad occeanū oriētalē inflectif: nobi
lib⁹ frondib⁹ fertil: a qb⁹ vellera decerpuntur q̄ cęteraruȝ
gentiū seres ad vsuȝ vestiū vendūt. Bactrię regioni ppri⁹
amnis bactros vocabulum dedit. Partes eius quę plenę
sunt propaginis: iugis ambiuntur: quę aduersę sunt: indi
flumiȝ fontibus terminantur. Reliqua includit occus flu
uius. Mittit bactria fortissimos camelos nūq̄ꝫ atterentes
pedes. Scythia sicut ꝛ gotthia: a magog filio iafeth fertur
cognominata: cui⁹ terra oliȝ ingens fuit. Nā ab oriēti idia:
a septētrione per paludes meotides inter danubiū ꝛ ocea
nū vsq; ad germanię fines porrigebaf. Postea vero minor
effecta a dextra orientis parte: qua oceanus syric⁹ tenditur
vsq; ad mare caspiū qđ ē ad occasuȝ: de hinc a meridie vsq;
ad caucasi iugū deducta ē: cui subiacet hyrcania ab occasu
habēs pariter gētes mltas: pter terraꝝ infęcunditateȝ la
te vagātes. Ex quib⁹ q̄daȝ agros incolunt: q̄daȝ portentuo
sę ac truces: carnib⁹ humanis ꝛ eoꝝ sanguine viuunt. Scy
thię plures terrę sunt locupletes: inhabitabiles tñ plures.
Nā duȝ in plęrisq; locis auro ꝛ gēmis affluāt: gryphoꝝ im
manitate accessus hominū rarus est. Smaragdis aūt opti
mis hęc patria est. Cianeus quoq; lapis ꝛ crystallus purissi
mus scythię est. Habet ꝛ flumina magna oscorum phaside
atq; araxen. Hyrcania dicta a silua hyrcania: q̄ scythię sub
iacet: habens ab oriente mare caspium: a meridie armeniā:
a septentrione albaniam: ab occasu hiberiā. Est autē siluis
aspera: copiosa immanibus feris: tigrib⁹: pantherisq; ac par
dis. De qua Uirgi. Hyrcanęq; admorunt vbera tigres. Al
bania a colore populi nuncupata: eo ꝙ albo crine nascan
tur. Hęc ab oriente sub mari caspio surgens per ora oceani
septentrionalis vsque ad meotides paludes per deserta ꝛ
inculta extenditur. Huic terrę canes ingentes sunt: tan
tęque ferocitatis vt tauros premant: leones perimant. Ar
menia nuncupata: ab armeno iasonis thessali comite: qui
amisso rege iasone collecta multitudine eius quę passim
vagabatur armeniam cępit: ꝛ ex suo nomine nuncupa
uit. Sita est autem inter taurum ꝛ caucasum: a cappado
cia vsque ad caspium mare protensa: habens a septen
trione ceraunios montes: ex cuius collibus tigris fluui
us nascitur: ꝛ in cuius montibus archa post diluuium re
sedisse perhibetur. Duplex est autē armenia: superior ꝛ ife
rior: sicut duę pannonię. Hiberia regio asię est prope pontū
armenię iuncta. Jn hac herbę tincturę vtiles nascuntur.
Cappadociaȝ vrbs propria nominauit. Hęc in capite syrię
sita ab oriente armeniam tangit: ab occasu asiaȝ minorem:
ab aquilone mare cimmericū: ꝛ themiscirios campos quos
habuere amaçones: a meridie vero tauruȝ montē: cui sub
iacet cilicia ꝛ isauria vsq; ad cilicū sinuȝ qui spectat contra
insulam cyprum. Terra eius ante alias nutrix equorum.
Halys amnis per eam fluit: qui quondā lydię regna disiun
xit a persis. Asia minor ab oriente cappadocia cingitur: ab
alijs partibus vndiq; mari circundatur. Nam a septentrio
ne pontum euxinum habet: ab occasu propontidem: a me
ridie ęgyptium mare. Habet prouincias: bithyniam: phry
giam: galatiam: lydiam: cariam: pamphiliam: ꝛ isauriam ly
ciam: atq; ciliciam. Prima asię minoris bithynia in ponti
exordio ad solis orientis parteȝ: aduersa thracię iacet: mul
tis antea nominibus appellata. Naȝ prius hebrytia dicta:
deinde mygdonia: mox a bithyno rege bithynia nuncupa
ta. Jpsa est ꝛ maior phrygia. Nicomedia vrbs in ea est: vbi
hannibal fugiens veneni haustu animam expirauit. Gala
tia dicta a priscis gallorum gentibus a quibus extitit occu
pata. Naȝ galli in auxilium a rege bithynię euocati: regnū
cum eo peracta victoria diuiserunt sicq; deinde gręcis ad
mixti: primum gallogręci: nunc ex antiquo gallorum nomi
ne galathę dicuntur: ꝛ eorum regio gallacia nuncupatur.
Phrygia dicta a phygia cecropis filia. Hęc ꝛ dardāia a dar
dano iouis filio dicta. De quo Homerus ait. Quem primū
genuit cęlesti iuppiter arce. Hic eniȝ profect⁹ de corintho
ciuitate primus venit in phrygiam. Est autem regio troa
dis superiecta ab aquilonis parte galatię: a meridiana vici
na est lycaonię: ab oriente lydię adhęret: ab occidente hel
lesponto mari terminatur. Huius regio troia est quam ex
suo nomine appellauit tros troianorum rex ganymedis pa
ter. Duę sunt autem phrygię: maior ꝛ minor. Maior phry
gia smyrnam habet. Minor vero ilium: lycaoniam. Cari
am herinus fluuius discernit a phrygia. Lydia sedes anti
qua regum quam pactoli vnda extulit in diuitias torrenti
bus aureis. Hęc antea meonia dicebaf. Quę dum pro bre
uitate duos fratres reges lydum ꝛ tyrrhenū ferre non pos
set: hinc ex sorte tyrrhenus cum ingenti multitudine profe
ctus: loca italię occupauit: ꝛ tyrrheniam nominauit Lydia
autem a lydo regis fratre qui in prouincia remanserat: co
gnominata est. Coniungitur autem ab occidente minori
phrygię: ab ortu smyrnam vrbem habet: quam melas flu
uius cingit. Cuius campos pactolus ꝛ herinus circunfluūt:
harenis aureis ditissimi. Jsauria ex situ loci perhibetur co
gnominata: ꝙ vndiq; aperta auraruȝ flatibus pateat. Me
tropolim vrbem seleuciam habet. Cilicia a cilice quodam
nomen traxit: quem ortum fenice dicunt: antiquioremque
ioue fuisse asserunt. Plurima iacet campis: recipiens ab
occiduo lyciam: a meridie mare persicum: a tergo montis
tauri iuga. Hanc cydnus amnis intersecat: matrem vr
bium habet tarsum. Jn ea ꝛ corycus oppidum est. Unde
crocum plurimum ꝛ optimum venit: spiramine flagran
tibus: ꝛ colore pulchrius auro. Lycia nuncupata: ꝙ ab ori
ente adiuncta cilicię sit. Nam habet ab ortu ciliciam: ab
occasu ꝛ meridie mare: a septentrione cariam. Jbi est
mons chimera qui nocturnis ęstibus ignem exhalat: sicut
in sicilia ętna: ꝛ vesuuius in campania.

¶ De europa. Cap. IIII.

POst asiam ad europā stilū vertimus. Euro
pa qppe agenoris regis libyę filia fuit: quā
iouis ab africa raptā cretā aduexit ꝛ tertiā
partē orbis ex ei⁹ noīe appellauit. Jste autē
est agenor libyę fili⁹ ex q̄ ꝛ libya. i. africa fer
tur cognominata. Unū apparet pus libyam
accepisse vocabulū. postea europam. Euro
pa aūt in tertiā parteȝ orbis diuisa icipit a flumine tanais
descēdens ab occasu p septētrionalē oceanū vsq; in fines
hispanię cui⁹ pars orientalis ꝛ meridiana a ponto consur
gens tota mari magno cōiungif: ꝛ in insulis gadibus finif.
Prima europę regio scythia inferior: q̄ a męotibus paludi
b⁹ icipiēs iter danubiū ꝛ oceanuȝ septētrionalē vsq; ad ger
maniā porrigif: q̄ terra generalr propter barbaras gentes
q̄bus inhabitatur: barbarica dicif. Huius pars prima ala
nia est: quę ad męotidas paludes ptingit. Post hanc dacia
vbi ꝛ gothia: deinde germania vbi plurimā partē sueui in
coluerunt. Germania post scythiaȝ inferiorem: a danubio
inter rhenū fluuiū oceanumq; conclusa cingif a septētrio
ne ꝛ occasu oceano: ab ortu vo danubio: a meridie rheno
flumine dirimif terra diues viriū: ac populis numerosis ꝛ
imanibus. Unde ꝛ propter fęcunditateȝ gignendoꝝ popu
loꝝ germania dicta est. Gignit aues hyrcanias: quaꝝ pēnę
nocte perlucent. Uisontas quoq; feras ꝛ vrsos atq; alces
parturit. Mittit ꝛ gēmas: crystallū: ꝛ sucinuȝ: callaicū q̄q;
viridem: ꝛ ceraunū candidum. Duę sunt aūt germanię. su
perior iuxta septētrionalem oceanū: ꝛ iferior iuxta rhenū.
Prouintias aūt quas danubius a barbarico ad mediterra
neum mare secludit: prima ē mysia a messiū prouentu vo
cata. Unde ꝛ eā veteres cereris horreū nūcupabant. Hęc
aūt ab oriente ostijs danubij iungif: ab euro vero thracię:
a meridie macedonię: ab occasu istrię copulatur. Post my
siam aūt pannonia est. Jnde noricus ager frigidus ꝛ parti⁹
fructuosus. Post quē reticus ferax frugibus q excipit gal
liam belgicā. Thracię tyras iafeth filius veniens nomen
dedisse perhibef. Alij a sęuitia incolaꝝ thraciaȝ appellatā
dixerunt. Huic ab oriente propontis ꝛ vrbs cōstantinopo
lis opposita est: a septētrione vero ister obtenditur: a meri
die vero ęgeo mari adhęret: ab occasu macedonia illi sub
iacet. Cuius regionē olim hessoꝝ poplus massagetę sarma
tę scythę ꝛ alię plurimę nationes incoluerūt. Ampla est. n.
ideoq; plurimas continuit gentes. Hebruȝ fluuiū thracia
fundit: q etiaȝ gentes barbaroꝝ plurimas tangit. Gręcia a
gręco rege vocata: ꝛ q cunctā eam regionē regno incoluit.
Sunt aūt prouintię gręcię septē: quarū prima ab occidēte
dalmatia: inde epirus: inde hellas: inde thessalia: inde ma
cedonia: inde achaia ꝛ duę in mari creta ꝛ cycladēs. Jllyri
cus aūt generaliter omnis gręcia ē. Dalmatia: a delmi ma
xima eiusdē prouintię ciuitate traxisse nomen existimaf.
Adhęret autem ab oriēte macedonię: a septētrione mysię:
ab occasu istria terminatur: a meridie vero adriatico sinu
clauditur. Epirus a pyrrho achillis filio cognomiata cui⁹
ps chaonia quę ante molossia dicta est a molosso filio pyr
rhi quem de andromacha habuit. Sȝ postq̄ꝫ occisus ē pyr
rhus orestis insidijs andromachā helen⁹ suscepit. tenuitq;
regnū priuigni qui successerat patri a quo molossia dicta ē
pars epiri: quam helenus postea a fratre chaone quē in ve
natu per ignorantiā dicif occidisse chaoniaȝ nominauit q̄
si ad solatiū fratris extincti. Hellas dicta a rege helline deu
calionis ꝛ pyrrhę filio: a quo ꝛ prius gręci hellines nuncu
pati sunt. Jpsa est ꝛ attica terra atta pus dicta. Nā granus
quidam gręcię indigena fuit: ex cuius filia attis nomine at
tica terra vocata est. Hęc inter macedoniā ꝛ achaiam me
dia iacet: arcadię a septentrionali parte cōiuncta. Jpsa est
ꝛ vera gręcia: vbi fuit athenas ciuitas mater liberaliuȝ lit
terarum ꝛ philosophorum nutrix: qua nihil habuit gręcia
clarius atq; nobilius. Jn ea est ꝛ marathonius camp⁹ opi
nione quondam pręlij cruentissimus. Helladis auteȝ duę
sunt prouintię: boetia ꝛ peloponnesus. Boetia auteȝ dicta
hac ex causa. Dum cadmus agenoris filius europam soro
rem a ioue raptam ex pręcepto genitoris quęreret nec re
periret. patris iram formidans cōfirmato aīo elegit exiliū
Nam bouis forte conspectę secutus vestigia amplexus est
sedē vbi illa recubauerat: sicq; locuȝ de noīe bouis boetiā
noīauit: vbi ꝛ thebas vrbē ꝯstruxit in qua olim ciuilia bel
la detonuerunt: ꝛ vbi nati sunt apollo ꝛ hercules maior il
le thebanus. Eadem est aonia vocata a fonte quodam ap
pollini ꝛ musis consecrato qui in eadē boetia est. Pelopon
nesus secunda pars helladis a pelope regnata atq; vocata
Thessalia a thessalo rege cognomiata. quę ad meridianā
plagam macedonię coniuncta est: cuius a tergo pieria est.
Multa in thessalia flumina ꝛ oppida: inter quę pręcipue
thessalonica ꝛ thebe. Jbi est ꝛ mons parnasus quondaȝ ap
pollini consecratus. Thessalia patria achillis ꝛ origo laphi
tharum fuit: de quibus fertur: ꝙ hi primo equos fręnis do
muerint. vnde ꝛ centauri dicti sunt. Jn thessalia primum
solidi aurei facti sunt: domandorum quoq; equorum vsus
primum repertus est. Macedonię in exordio ab emathio
rege emathię nomen erat: sed macedo deucalionis mater
nus nepos postq̄ꝫ ibi accepit principatum mutauit vocabu
lum macedoniamq; a suo nomine dixit. Est autem confi
nis ab oriente ęgęo mari: a meridie achaię: ab occasu dal
matię: a septentrione mysię: patria alexandri magni: ꝛ re
gio aureis venis argentiq; opima. Lapidem quem peani
tem vocant ista gignit. Mons olympus in ea est: qui excel
lenti vertice tantuȝ attollitur vt in cacumine eius nec nu
bes nec venti sentiantur. Achaia ab achęo rege ꝛ vrbs ꝛ
prouintia appellata. Hęc pene insula est. Nam absq; sep
tentrionali parte qua macedonię iungitur: vndiqȝ septa
est mari. Ab oriente enim habet myrtoum mare: ab euro
creticum: a meridie ionium: ab africo ꝛ occasu cassiopas
insulas: a sola septentrionali parte macedonię vel atticę
terrę adiungitur: huius caput est vrbs corinthus. gręcię
decus. Jnachus est achaię fluui⁹. Arcadia vero sinus acha
ię est: vt platani foliū: inter ionium ꝛ ęgęuȝ mare exposita:
quā arcas iouis ꝛ caliste filius pelasgis in ditionē redactis
ex suo nomine arcadiaȝ nūcupauit. Jpsa est ꝛ sicyonia a si
cyone rege: a quo ꝛ regnū sicyonioꝝ est dictuȝ. Habet aūt
arcadia fluuiū magnuȝ erymanthū: abeston quoqȝ lapidē
qui semel accēsus nunq̄ꝫ extinguif. Candidissimę ēt meru
lę ibi nascunf. Pannonia ab alpibus apęninis est nūcupa
ta: q̄bus ab italia secernif: regio vero fortis ꝛ solo lęta duo
bus satis acribus fluuijs: drauo sauoq; vallata. Coniungif
aūt cuȝ norico ꝛ retia habens ab oriente mysiam: ab euro
istriaȝ: ab africo vero alpes apęninos: ab occasu galliā bel
gicaȝ: a septētrione danubij fontē vel limitem: q germaniā
galliamqȝ secernit. Jstriā ister amnis vocauit: q eius terrā
influit. Jpsa est danubius. Hȝ aūt istria a septētrione pan
noniaȝ. Jtalia olim a gręcis populis occupata: magna gręci
a appellata est. Deinde a regis nomine saturnia mox ꝛ la
tiuȝ dicta: eo ꝙ idē saturnus a ioue sedibus suis pulsus: ibi
latuerit: postremo ab italo siculoꝝ rege ibi regnante italia
nūcupata est. Cuius situs longitudine amplius q̄ꝫ latitudi
ne a circio in eurū extēdif: a meridie tyrrheno mari: ab aq
lone adriatico claudif: ab occiduo alpiū iugis finif: terra ī
oīb⁹ reb⁹ pulcherrima soli fertilitate: pabuli vbertate gra
tissima. Hȝ lacus venacū: auernū atqȝ lucrinū: fluuios eri

danum ꝛ tyberim: ꝛ tepentes fontibus baias. Gignit gem/
mas serticen ligurium ꝛ corallium: boam quoqꝫ serpentes
lincem feram ꝛ diomedias aues. Italia āt ꝛ hispania iccir
co hesperię dictę ꝙ greci hespero stella nauigent: ꝛ i italia
ꝛ in hispania ducę: q̄ hac rōne discernunť. Aut.n. hesperiaꝫ
solā dicis: ꝛ significas italiā. aut addis vltimā: ꝛ significas
hispaniā: qr i fine occidētis est. Tuscia ps italię: vmbria vo
pars tuscię. Tuscia aūt a freq̄ntia sacroꝝ ꝛ thuris vocata.
απο του θυειν. Umbria vo dr̄ vt historię narrant eo ꝙ tē
pore aquosę cladis imbribꝰ supfuerit: ꝛ ob hoc vmbria grę
ce cognoīata. Est.n. in iugis apēnini montis sita i parte ita
lię iuxta meridiē. Hetruria ps italię dicta ꝙ eius fines ten
debāť vsqꝫ ad ripā tyberis: q̄si ετεροσ οροσ. Nā ateros
significat alteros: oros finis vocatur. Romę.n. fines antea
vnā tm̄ tyberis ripā tenebāt. Aliȷ hetruriā dictā ab hetrus
co principe putant. Idē ꝛ tyrrhenia a tyrrheno lydiȷ frē: q
ex sorte cū populi parte de meonia venit ad italiā. Hęc eēt
ꝛ tuscia: sꝫ tusciam dicere non debemus: qr nusq̄ legimus.
Tuscia āt a frequentia sacrificiȷ ꝛ thuris dicta ē. απο του
θυειν. Illic ꝛ aruspicia dicunť eē reperta. Apulia vbi brun
dusiū: quā ꝛ olim secuti diomedem ducem ꝯdiderūt. Cam
pania hꝫ terras hyeme anni atqꝫ ęstate vernātes. Sol ibi
mitis: tēperies grata: aer purus ꝛ blandus. Gallia a cando
re populi nūcupata est. Gala.n. gręce lac dicit̄. Montes.n.
ꝛ rigor cęli ab ea parte solis ardorē excludūt: quo fit vt can
dor corpoꝝ nō coloretur. Hanc ab oriente alpiū iuga tuen
tur: ab occasu oceanus includit: a meridie p̄rupta pyrenei:
a septētrione rheni fluēta atqꝫ germania. Cuius initiū bel
gica: finis aquitania est: regio gleba vberi ac pabulosa: ꝛ ad
vsum aiantiū apta: fluminibꝰ quoqꝫ ꝛ fontibus irrigua p/
fusa duobus magnis rheno ꝛ rhodano fluuiȷs. Belgis aūt
ciuitas est gallię a q̄ belgica ꝓuintia dicta ē. Cisalpina qr ci
tra alpes. Transalpina.i. trāsalpes: contra septētrionē. Re
tia vero ꝙ sit iuxta rhenū. Aquitania aūt ab obliquis aqs
ligeri fluminis appellata: qr ex plurima pte terminꝰ eius
est: eāqꝫ pene in orbe cingit. Hispania prius ab ibero amne
iberia nūcupata: postea ab hispalo hispania cognoīata est.
Ipsa ē ꝛ vera hesperia ab hespero stella occidētali dc̄a. Si
ta est aūt inter africā ꝛ galliā: a septētrione pyreneis mōti
bus clausa: a reliq̄s partibus vndiqꝫ mari ꝯclusa: salubrita
te cęli equalis: oīum fruguꝫ generibus fęcunda. gēmaruꝫ
metallorūqꝫ copiȷs ditissima. Interfluunt eā flumina ma
gna bethys: mineus: iberus ꝛ tagus auꝝ trahens vt pacto
lus: habet prouintias sex: taraconensem: carthagineseꝫ: lu
sitaniaꝫ: galetiaꝫ: bethycā ꝛ trās freta in regione africę tin
gitanā. Duę sunt hispanię: citerior quę in septētrionali pla
ga a pyreneo vsqꝫ ad carthagineꝫ porrigitur: vlterior quę
in meridieꝫ a celtiberis vsqꝫ ad gaditanuꝫ fretum extendi
tur. Citerior autem ꝛ vlterior dicta: quasi citra ꝛ vltra: sed
citra quasi circa terras: ꝛ vltra vel ꝙ sit vltima: vel ꝙ non
sit post hanc vlla hoc est alia terra.

De libya. Cap. V.

Libya dicta ꝙ inde libs flat: hoc est africus.
Aliȷ aiunt epaphum iouis filiuꝫ qui mem/
phin in ęgypto ꝯdidit ex cassiota vxore pro
creasse filiam libyam: quę postea i africa re
gnū possedit. Cuius ex nomine terra libya
est appellata. Africā aūt nominatā quidaꝫ
inde existimant: quasi apricaꝫ ꝙ sit aperta
cęlo vel sole: ꝛ sine horrore frigoris. Aliȷ dicunt africaꝫ ap/
pellari ab vno ex posteris abrahę de cethura. qui vocatꝰ ē
afer: de qua supra meminimus. Incipit aūt a finibꝰ ęgypti
pgens iuxta meridiē p ęthiopiā: vsqꝫ ad atlantē montem.
A septētrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta
clauditur: ꝛ in gaditano freto finitur: habens prouintias li
byam cyreneseꝫ: pentapolim: tripolim: bizantium: cartha
ginem: numidiā: mauritaniā sitifensem: mauritaniaꝫ cęsa
rieseꝫ: mauritaniā tingitanā: ꝛ circa solis ardorē ęthiopiā
Libya cyrenensis in parte africę prima est: a cyrene vrbe
metropoli: quę est in eius finibus: nūcupata. Huic ab oriē
te ęgyptus est: ab occasu syrtes maiores ꝛ troglodytę: a sep
tētrione mare libycum: a meridie ęthiopię ꝛ barbaroꝝ va
rię nationes: ꝛ solitudines inaccessibiles: q̄ etiaꝫ basiliscos
serpentes creāt. Pentapolis gręca lingua a quinqꝫ vrbibꝰ
nūcupata.i. cyrene: beronice: teutria: apollonia: ptolomais:
ex quibus ptolamais ꝛ beronice a regibus nominatę sunt.
Est aūt pentapolis libye cyrenensi adiūcta: ꝛ eius finibus
deputata. Tripolitanaꝫ quoqꝫ prouintiaꝫ gręci lingua sua
signāt de numero triū magnaꝝ vrbiū: ocea: tabarce: leptis
magnę: hęc habet ab oriēte syrtes maiores ꝛ troglodytas:
a septētrione mare adriaticum: ab occasu bizantium: a me
ridie getulos ꝛ garamantas vsqꝫ ad oceanum ęthiopicum
pertendentes. Bizacena regio ex duobus nobilissimis op
pidis nomen sortita est: ex quibus vnum adrometus voca
tur: alterum bizantium. Hęc sub tripoli est: patens passuuꝫ
ducenta vel amplius milia. fęcunda oleis: ꝛ glebis ita prę
pinguis vt iacta ibi semina incremēta pene centesimę fru
gis renascantur. Zeugis vbi carthago magna: ipsa est ꝛ ve
ra africa inter bizantium ꝛ numidiā sita: a septētrione ma
ri siculo iuncta: ꝛ a meridie vsqꝫ ad getulorum regionē por
recta: cuius proxima quęqꝫ frugifera sunt: vlteriora autem
bestiȷs ꝛ serpentibus plēna atqꝫ onagris magnis ī deserto
vagantibus. Getulia autem africę pars mediterranea est.
Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata: ꝙ nul/
lam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertę
sedes ꝛ vagę numidię dicuntur. Incipit autem a flumine
amsiga ꝛ in zeugitanum limitem desinit: habens ab ortu
syrtes minores: a septētrione mare quod intendit sardiniā
ab occasu mauritaniam sitifensem: a meridie ęthiopū gen
tes regio campis prepinguis. Ubi autem siluestris ē: feras
educat: vbi iugis ardua: equos ꝛ onagros ꝓcreat. Eximio
etiam marmore prędicatur: quod numidicum dicitur. Ha
bet vrbes precipuas hyppone: regium ꝛ rusicadam. Mau
ritania vocata a colore populorum. Gręci enim nigrū mau
ron vocant. Sicut enim gallia a candore populi: ita mauri
tania: a nigredine nomen sortita est. Cuius prima prouītia
mauritania sitifensis est: quę sitifi habuit oppidum a quo
ꝛ vocabulum traxisse regio perhibetur. Mauritania ve/
ro cęsariensis colonię cęsarię ciuitas fuit ꝛ nomen prouin/
tię ex ea datuꝫ. Utręqꝫ igitur sibi coniunctę ab oriente nu
midiam habent: a septētrione mare magnuꝫ: ab occasu flu
men maluam: a meridie montem astrixim: qui discernit in
ter fęcundam terram ꝛ harenas iacentes: vsqꝫ ad oceanū.
Mauritania tingitana: a tingi metropolitana huius pro/
uintię ciuitate vocata est. Hęc vltima africę exurgit a mō
tibus septem: habens ab oriēte flumen maluam: a septē/
trione fretum gaditanum: ab occiduo oceanum atlanticū:
a meridie gaulalum gentes vsqꝫ ad oceanum hesperiū per
errātes: regio gignens feras simias dracones ꝛ strutiones.
Olim etiam ꝛ elephantis plena fuit: quos sola nunc india
parturit. Garamantis regionis caput garama oppidū fuit
Est autem inter cyrenensem ꝛ ęthiopiam: vbi est fons qui
friget calore diei ꝛ calet frigore noctis. Ethiopia dicta a co
lore populorum ꝙ solis vicinitas torret. Deniqꝫ vim side/
ris prodit hominum color: est enim ibi iugis ęstus. Nā q̄c/
quid eius est: sub meridiano cardine est. Circa occiduum
autē montuosa est: harenosa in medio: ad orientaleꝫ vero
plagam deserta: cuius situs ab occiduo atlantis montis ad
orientem vsqꝫ in ęgypti fines porrigitur: a meridie oceano
a septētrione nilo flumine clauditur: plurimas habēs gen
tes: diuerso vultu ꝛ monstruosa specie horribiles. Fera/
rum quoqꝫ ꝛ serpentiū referta est multitudine. Illic quip/
pe rhinocerota bestia: ꝛ camelopardus: basiliscus: draco/
nes ingētes: ex quoꝝ cerebro gēmę extrahunť. Hiacynthꝰ
quoqꝫ ꝛ chrysopassus ibi repiunť. Cinnamomū ibi colligi
tur. Duę sunt aūt ęthiopię: vna circa solis ortū: altera circa
occasū in mauritania. Extra tres aūt partes orbis: q̄rta ps
transoceanū interior est i meridie: q̄ solis ardore nobis ico
gnita ē. in cuius finibꝰ antipodas fabulose inhabitare pro
dunť. Proxima aūt hispanię mauritania est: deinde numi
dia: inde regio carthaginensis: postqꝫ getuliā accipimꝰ: po/
stea ęthiopiā: inde loca exusta solis ardoribus. Sciendū sa
ne ꝙ q̄daꝫ ꝓuintię primū de noīe auctoris appellatę sunt:
postea a prouintia gētis nomē est factū. Nā ab italo italia
ꝛ rursus ab italia italus ꝛ sic vtimur ipso noīe gētis quō fu
it ipsum nomē auctoris: vñ deriuatū est nomē ꝓuintię. Ex
quo accidit ex vno hoīe noīari ꝛ ciuitatē ꝛ regionē ꝛ gentē.
Prouintię aūt ex causa vocabulū acceperūt. Principatus
nāqꝫ gentiū: qui ad alios reges ptinebāt: cū in ius suum ro
mani vincēdo redigerēt: procul positas regiones: prouītias
appellauerunt. Patria aūt vocata ꝙ cōmunis sit omniuꝫ
q in ea nati sunt. Terrā aūt significari vt pdiximus elemē
tu: terras vo singulas partes: vt africa: italia. Eadē ꝛ loca.
Nā loca ꝛ terre spacia in orbe terraꝝ multas in se ꝯtinēt
ꝓuintias: sicut in corpore locus ē pars vna: multa i se conti
nens membra: sicut ꝛ domꝰ multa i se cōtinēs cubicula: sic
terrę ꝛ loca dicūtur terraꝝ spacia: quoꝝ ptes sūt ꝓuintię:
sicut in asia phrygia: in gallia retia: i hispania bethyca. Nā
asia locus ē. prouintia asię phrygia: troia regio phrygię: iliū
ciuitas troię. Itē regiones partes sunt prouintiaꝝ: q̄s vul/
gus conuētus vocat: sicut i phrygia troia sicut i galitia can
tabria asturia. A rectoribus āt regio nūcupata est: cuiꝰ par/
tes territoria sunt. Territoriū aūt vocatū. q̄si tauritorium
tritū bobus ꝛ aratro. Antiqui.n. sulco ductor possessionum
ꝛ territoriorum limites designabant.

De insulis. Cap. VI.

Insulę dictę ꝙ in salo sint.i. in mari. Ex his
quęqꝫ notissimę ꝛ maxime: q̄s plurimi ve/
terū solerti studio idagauerūt: notāde sūt.
Britannia oceani insula iterfuso mari toto
orbe diuisa: a vocabulo suę gētis cognomi/
nata. Hęc aduersa galliaꝝ parte ad prospe
ctū hispanię sita ē. Circuitus eius q̄dragies
octies. 75. milia: multa ꝛ magna flumina in ea: fontes cali/
di: metallorū larga ꝛ varia copia: gagates lapis ibi plurimꝰ
ꝛ margaritę. Thanatos insula oceani: freto gallico a britā
nia est varia tenuis separata: frumentariȷs campis ꝛ gleba
vberi: Dicta aūt thanatos: a morte serpentiū: quos dū ipa
nesciat: asportata inde terra quoquo gentiū vecta sit: angu
es ilico pimit. Tile vltima insula oceani iter septētrionalē
ꝛ occidētē plagā vltra britanniā a sole nomen habētes: qr
in ea ęstiuū solsticiū sol facit: ꝛ nullus vltra eā dies est. vñ ꝛ
pigrū ꝛ concreatū est eius mare. Orchades isulę oceani vl
tra britāniā positę numero. 33. quaꝝ. 20. desertę sunt. 13. co
luntur. Scotia eodē ꝛ hibernia: prima britannię: isula spa
cio terraꝝ angustior: sꝫ situ fecūdior. Hęc ab africo i boreā
porrigitur. Cuiꝰ partes priores hiberiā ꝛ cantabricuꝫ ocea
num intēdunt: vñ ꝛ hibernia dicta. Scotia aūt ꝙ ab scoto
rum gētibus colitur appellata. Illic nullus anguis: auis ra
ra: apis nulla: adeo vt aduectos inde pulueres seu lapillos
si qs alibi sparserit inter aluearia examina fauos deserāt.
Gades insula i fine bethycę ꝓuintię sita: q̄ dirimit europaꝫ
ab africa: in q̄ herculis colūnę visunť: ꝛ vnde tyrrheni ma
ris faucibꝰ oceani ęstus imittiť. Est aūt a ꝯtinenti terra cē
tum. 20. passibus diuisa quā tyriȷ a rubro mari profecti oc
cupantes: in lingua sua gades.i. septā noīauerunt: pro eo ꝙ
circūsepta sit mari. Nascitur in ea arbor similis palmę: cu
ius gūmis infectum vitrū ceraunium gēmam reddit. Fortu
nataruꝫ insulę vocabulo suo significant oīa ferre bona: q̄si
fęlices ꝛ beate fructuū vbertate. Sua.n. apte natura p̄cio/
sarum poma siluarū parturiūt. Fortuitis vitibus iuga col
lium vestiuntur. Ad herbarum vicem messis ꝛ olus vulgo
est. Unde gentilium error ꝛ secularium carmina poetaruꝫ
propter soli fecunditatem. easdē esse paradisū putauerūt.
Site sunt aūt in oceano cōtra leuā mauritanię occiduo ꝓ
xie ꝛ inter se interiecto mari discrete. Gorgodes isulę ocea
ni obuerse promōtorio: quod vocatur hesperuceras. quas
incoluerūt gorgones fęminę: alitę pernicitate: hirsuto ꝛ as
pero corpore: ꝛ ex his insulę cognominatę. Distant auteꝫ a
continenti terra bidui nauigatione. Hesperiduꝫ insulę vo
catę a ciuitate hesperide quę fuit i finibꝰ mauritanię. Sūt
.n. vltra gorgodes sitę sub atlanteum littus in intimis ma
ris finibus: in quarum hortis fingunt fabulę draconem p/
uigilem aurea mala seruantem. Fertur.n. ibi esse maris
estuarium adeo sinuosis lateribus tortuosum vt visentibꝰ
procul lapsos angueos imitetur. Cryse ꝛ argire insulę in in
dico oceano sitę. adeo fecundę copia metallorum vt ple
riqꝫ eas auream superficiem ꝛ argenteā habere prodiderint
vnde ꝛ vocabula sortitę sunt. Taprobana insula indię sub
iacens ad eurum: ex quo oceanus indicus incipit: patens i
longitudine octingentisseptuagintaquinqꝫ milibus passu
um: in latitudine sexcenta vigintiquinqꝫ milia stadiorum:
scinditur amni interfluo: tota margaritis repleta ꝛ gēmis.
Pars eius bestiȷs ꝛ elephantis repleta est: parteꝫ vero ho/
mines tenent. In hac insula dicunt in vno anno duas esse
estates ꝛ duas hyemes ꝛ bis floribus vernare locum. Ti/
los insula est indie ferens omni tempore folia. Hucusqꝫ
oceani insulę. Item insulę quę ab hellesponto vsqꝫ ad ga/
des in mari magno constitutę sunt. Cyprus insula a ciuita
te cypro quę in ea est nomen accepit: ipsa est ꝛ paphos ve/
neri ꝯsecrata ī carpathio mari vicina austro famosa quon
dam diuitiȷs ꝛ maxime eris. Ibi enim prima huius metal
li inuentio ꝛ vtilitas fuit. Creta isula gręcię pars est ingēs
contra peloponesum. Hęc primum a temperie cęli ma/
caroneson appellata est: deinde creta dicta a crete quodā
indigena quem aiunt vnum cretarum fuisse a quibus iupi
ter ibi absconditus est ꝛ enutritus. Est autem insula gręcie
inter ortum ꝛ occasum longissimo tractu porrecta a septē
trione gręcię estibus: ab austro egyptiȷs vndis perfusa. Fu
it autem quondam centum vrbibus nobilis: vnde ꝛ heca
tompolis dicta est. Prima etiam remis ꝛ sagittis claruit:
prima litteris iura finxit: equestres turmas prima docuit.
Studium musicum ab ideis dactylis in ea cęptum: capris
copiosa: ceruis eget: lupos ꝛ vulpes: aliaqꝫ ferarum noxia
nusq̄ gignit: serpens ibi nullus: ꝛ noctua nulla: ꝛ si inuenia
tur statim emoritur. Larga est autem vitibus ꝛ arboribꝰ.
Dictamus herba in creta nascitur ꝛ alimos quę admorsa
diurnam famem prohibet. Sphalongos autem venena/
tos gignit: ꝛ lapidem qui ideus dactylus dicitur. Abydos
insula in europa super hellespontum posita: angusto ꝛ peri
culoso mari separata. ꝛ abydos gręce dicta ꝙ sit introitꝰ
hellesponti maris: in quo xerxes pontem ex nauibus fecit
ꝛ in gręciam transiȷt. Coos insula adiacens prouintię atti
cę in qua hippocrates medicus natus est: quę vt Uarro te
stis est arte laneficiȷ prima in ornamento fęminaruꝫ incla
ruit. Cyclades insulę antiquitus gręcię fuerunt: quas inde
cyclades autumant dictas: ꝙ licet spaciȷs longioribus a de
lo proiecte in orbem: tamen circa delum sitę sunt. Nam or
bem κυκλου gręci loquuntur. Quidam vero non ꝙ ī or
bem digeste sed propter scopulos qui circa eandē sunt di/
ctas putant cyclades. Hę in hellesponto inter egeuꝫ ꝛ ma
leum mare constitutę circundantur etiaꝫ pelago myrtoo.
Sunt autem omnes numero. 53. tenentes a septentriōe in
meridiem milia quingenta: ab oriente in occasuꝫ milia du

cente: metropolis eaꝝ rhodus. Delos insula: in medio cy-
cladũ sita. Et dicta delos fertur: ꝙ post diluuiũ qđ ogigi tē
poribus notaẽ: cũ orbē multis mensibus ꝯtinua nox inum
brasset: ante oēs terras radys solis illuminata ē: sortitaq3
ex eo nomē: ꝙ pma manifestata sit visib⁹ humanis. Nam
ΔΕΛΟΝ greci manifestũ dicunt. Ipsa est ⁊ ortygia: eo ꝙ pri
mu3 ibi visę sunt coturnices aues q̃s greci ortygias vocãt.
In hac insula latona enixa ē apollinē ⁊ dianã. Delos aũt ⁊
ciuitas dr̃ ⁊ insula. Rhodos cycladũ prima ab oriēte i qua
rosę capitoliũ dr̃ esse inuentũ du3 ibi ciuitas condereẽ: ex
quo ⁊ vrbs ⁊ isula rhodos est appellata. In hac vrbe solis
colossus fuit ęreus. 70. cubitoꝝ altitudine. Fuerunt ⁊ aly
.c. numero i eadē insula colossi minores. Tenedos vna ex
cycladibus ad septētrionē sita: i q̃ olim ciuitas a tene quo
da3 cōdita est vñ nomen vrbis illius: vel potius insulę fuit
Nã tenes iste ifamatus ꝙ cũ nouerca sua ꝯcubuisset: fugi
ens in hãc insulã: vacuã cultoribus obtinuit. Unde ⁊ tene
dos insula dicta ē: sic Cicero. Tenen ipsu3 cuius ex noie te
nedos noiatur. Carpathos vna ex cycladib⁹ a meridie po
sita cōtra ęgyptũ: a qua carpathiũ mare appellatu3 est: vo
cata pp celerē fructuũ maturitate3. Est.n. inter ęgyptu3 ⁊
rhodũ. Ex hac insula dicunẽ ⁊ carpasię naues magnę ⁊ spa
ciosę. Cyterea insula vna ex cycladibus a parte occidua si-
ta: cuius porphyris antea nomē fuit. Cyterea ãt vocata: ꝙ
ibi venus orta sit. Icaria isula vna de cycladibus: q̃ icareo
mari nomē dedit. Hęc iter samũ ⁊ myconiũ ꝑcurrētibus
saxis inhospitalis est ⁊ nullis finibus portuosa. Diciẽ autē
icarũ cretensem ibi naufragio iterisse ⁊ de exitu hoīs iposi
tum nomē loco. Naxos insula a dionysio dicta: q̃si diona-
xon ꝙ fertilitate vitiũ vincat cęteras: est aũt a delo. 18. mi
lia passuu3 sepata: ex q̃ olim iouis fertur aduersus titanas
fuisse ꝓfectus. Melos ex numero cycladũ vna diu3 isula
rũ rotundissima: vñ ⁊ nũcupata. Historia dič ex iasone na-
tu3 fuisse filomelũ ⁊ plutũ: ex filomelo pareantũ genitũ: q
de suo noie paron insulã ⁊ oppidũ appellauit. Hus autē mi
noia: deinde paros dicta: de q̃ Uirgilius: niueamq3 paron.
Gignit.n. marmor cãdidissimũ: qđ pariũ dicunt. Mittit ⁊
sardiũ lapidē marmoribus qdē ꝑstantiore3: ⁊ inter gēmas
vilissimũ. Chios isula syra lingua appellaẽ: eo ꝙ ibi mastix
gignitur. Syri.n. masticē chion vocant. Samo isula ē i ma
ri ęgeo: vbi nata ē iuno: ex q̃ fuit sibylla samia: ⁊ pythago-
ras samius a quo philosophię nomē inuentũ est. In hac in
sula reperta prius fictilia vasa tradũẽ: vñ ⁊ vasa samia ap
pellata sunt. Sicilia a sicano rege sicania cognominata ē:
deīde a siculo itali fratre sicilia. Prius ãt triacria dicta pp
tria acra. i. ꝑmontoria: peloꝝ: pachynum ⁊ lilybęũ. Trina
cria.n. grecũ est: qđ latine triquadra diciẽ: q̃si i tres q̃dras
diuisa. Hęc ab italia exiguo freto discreta: africũ mare pro
spectãs: terris frugifera: auro abundãs: cauernis tñ ⁊ fistu
lis penetrabilis: ventisq3 ⁊ sulphure plena. Unde ⁊ ibi ętnę
mōtis extant icendia: i cuius freto scylla est ⁊ charybdis:
q̄bus nauigia: aut absorbunẽ aut colliduneẽ. Fuit aũt quon
dam patria cyclopũ: ⁊ postea nutrix tyrãnoꝝ frugũ fertilis
ac primũ terris oībus cōmissis seminibus aratro ꝑscissa:
Principē vrbiũ syracusas h3: fontē arethusa3: ⁊ alpheũ flu
uiũ magnoꝝ generatorē equoꝝ. In ea insula pmũ ē inuen
ta comędia. Achaten lapidē ipsa pmu3 ex achate flumine
edidit. Parturit ⁊ mare eius coraliũ: gignit ⁊ sales agrigen
tinos in igne solubiles crepitantes in aq̄s. Ois ambit⁹ ei⁹
clauditur stadioꝝ triũ miliũ. Salustius aũt dicit italię cō-
iunctã fuisse Siciliã: s3 mediũ spaciũ impetu maris diuisũ
⁊ ꝑ angustiã scissum. Tapsu3 isula stadys. 10. a sicilia remo
ta iacens ⁊ planior: vñ ⁊ nũcupata: de qua Uirgilius: Tap
sũq3 iacentē. Eolię insulę sicilię appellatę: ab eolo ippotę fi
lio: quē poetę finxerunt regem fuisse ventoꝝ: s3 vt Uarro
dicit: rector fuit istarum insulaꝝ: ⁊ q2 ex eaꝝ nebulis ⁊ fu-
mo futuros predicebat flatus ventoꝝ: ab impitis visus ē
ventos sua potestate retinuisse. Eędē insulę ⁊ vulcanię vo
cantur: ꝙ ⁊ ipsę sicut etna ardeant. Sunt aute3 nouem: ha
bentes propria noīa: quarum primã liparus quidã lipare3
vocauit: q eam ante colũ rexit. Altera hiera vocatur: ꝙ sit
collibus eminentissimis: relique vero. i. strongyle: didyme
eriphusa: phestias phęnicusa: euonymos: ericodes: phęcico
des: q̃ q̃m nocte ardent: eolię siue vulcanię dicunẽ. Ex his
q̃dam ab initio nō fuerunt: q̃dã postea mari edite vsq3 nũc
ꝑmanent. Stoechades insulę massiliensiũ. 60. miliũ spacio
a continenti in fronte narbonensis prouintię qua rhoda-
nus fluuius in mare exit. Dictę autē grece stoechades: q̃si
opere in ordine3 sint positę. Sardis hercule procreat⁹: cũ
magna multitudine a libya profectus sardiniam occupa-
uit ⁊ ex suo vocabulo insulę nomen dedit. Hęc i africo ma
ri facie vestigy humani in orienteq3 in occidente latior ꝑ
minet: ferme paribus lateribus q̃ in meridiem ⁊ septētrio
nem vertunt: ex quo ante cōmertium a nauigantibus gre-
corũ ichnos appellata est. Terra patet in lōgitudine milia
cxl. i latitudine. xl. In ea neq3 serpens gignitur: neq3 lup⁹: s3
solifuga tñ animal exiguũ hominibus pernitiosu3. Uene
num quoq3 ibi non nascitur nisi herba per scriptores pluri
mos ⁊ poetas memorata apiastro similis q̃ hominibus ri-
ctus contrahit: ⁊ quasi ridentes interimit. Fontes hēt sar
dinia calidos infirmis medelam prebentes: furibus cecita
tem: si sacramento dato oculos aque eius tetigerint. Corsi
cę insulę exordium incole ligures dederunt: appellãtes eã
ex nomine ducis. Nam quędam corsa nomine ligus muli
er: cum taurum ex grege quem prope littora regebat tran
snatare solitum: atq3 per interuallu3 corpore aucto remea
re videret: cupiens scire incognita sibi pabula: tauru3 a cę
teris digredientem vsq3 ad insulam nauigio profecuta est.
cuius regressu insule fertilitatem cognoscentes ligures ra
tibus ibi profecti sunt eamq3 nomine mulieris auctoris ⁊
ducis appellauerunt. Hęc autem insula grece cyrne diciẽ:
a cyrno herculis filio habitata. de qua. Uirgilius: cyrneas
taxos. Diuiditur autem a sardinia. 20. milium: freto cincta
ligustici ęquoris sinu ad prospectum italie. Est autem mul
tis promontorys angulosa gignens letissima pabula: ⁊ lapi
dem quem cacocitem greci vocãt. Ebissus insula hispanię
dicta ꝙ a 3omo non procul sit: quasi ebozos. Nam. 70. sta
dys ab ea distat. Cuius terram serpentes fugiunt. Huic cō
traria est colubraria: que referta est anguibus. Baleares i
sulę hispanię duę sũt: aphrosiades: ⁊ gymnesiđe maior ⁊ mi
nor. Unde ⁊ eas vulgus maioricam ⁊ minoricam nũcupãt
In his primum insulis inuēta est funda qua lapides emit
tuntur: vnde ⁊ baleares dicte. ΒΑΛΛΕΙΝ enim grece emit
tere dicitur. vnde ⁊ balista: quasi missa: ⁊ fundibulum. Uir
gilius. Balearis verbera funde.

¶ De promontorys. Cap. VII.

Commune est insulis vt promineant. Inde ⁊
loca earum promontoria dicuntur: sic Salu-
stius de sardinia. In oriente latior prominet
q̃3 in occidente. Sigeum promontorium asię
vbi hellespontus aptius dilatatur. Dictũ aũt
sigeũ pp herculis taciturnitate3: q2 ꝓhibitus
hospitio a laomedōte troianoꝝ rege: simulauit abscessu3 ⁊
inde contra troiam cu3 silentio venit: quod dicitur ΣΙΓΗ.
Maleum promontoriu3 grece quod intrat mare ⁊ per mi
lia quinquaginta protenditur vbi vnda ita seua ē: vt ꝑseq
nauigantes videatur. Hoc aũt promontoriũ a maleo rege
arginoꝝ nomen accepit. Pelorũ promontoriũ sicilię respi
ciens aquilonem: sm Salustium dictu3 a gubernatore hã
nibalis illic sepulto. Pachynum promontorium sicilię au
strum spectans: ab aeris crassitudine dictũ. Na3 ΠΑΧΥΣ
est pinguis ⁊ crassus. Austro enim perflatur. Lilybeum
promontorium sicilię: solis occasũ intendens vocatum ab
eiusdē noīs ciuitate. quę ibi est sita. Borion promontoriũ
numidię: vocatũ ita ꝙ aquilone3 intendat. Hoc ipponere
gium postea dictum pro eo ꝙ sit ęquore interruptum. Cal
pis hispanię promontorium.

¶ De montibus cęterisq3 terrę vocabulis. Cap. VIII.

Montes sũt tumores terraꝝ altissimi dicti ꝙ
sint eminētes. Quida3 aũt ꝓprys ex causis
vocati sunt: ex q̄b⁹ notãdi sũt q opiniōe ma
ximi celebranẽ. Mons caucasus: ab india
vsq3 ad taurũ porrect⁹ ꝑ gentiũ ⁊ linguarũ
varietate quoq̃ versũ vadit: diuersis noib⁹
nuncupaẽ. Ubi ãt ad orientē in excelsiore3
ꝯsurgit sublimitatē: pp nimiũ candorē caucasus nũcupaẽ.
Nã oriētali lingua caucasũ significat, candidũ. i. niuib⁹ den
sissimis candicantē. Unde ⁊ eũ scythę q eidē monti iunguneẽ
croacasim vocauerũt. Casim.n. apud eos candor siue nix di
citur. Mons taur⁹ a plerisq3 idē vocaẽ q ⁊ caucasus. Liba
nus mons phęnicũ altissim⁹: cui⁹ meminerẽ ꝓphetę: dict⁹
a thure: q2 ibi colligiẽ. Cuius ea ps q̃ est sup eũ ad oriētale3
plagã respiciēs: antiliban⁹ appellaẽ. i. ꝯtra libanũ. Ararath
mōs armenię in quo archã historię post diluuiu3 resedisse
testanẽ. Unde ⁊ vsq3 hodie ibidē lignoꝝ ei⁹ videnẽ vestigia.
Acroceraunų mōtes pp altitudinē ⁊ fulminũ iactus voca
ti sunt. Grece.n. fulmen ceraunios dr̃. Sũt aũt inter arme-
niã ⁊ hiberia3 icipiētes a portis caspys vsq3 ad fonte3 tigri
dis fluuy. Hyperborei mōtes scythię dicti ꝙ supra. i. vltra
eos flat boreas. Riphei mōtes i capite germanię sũt a ꝑpe
tuo ventoꝝ flatu noīati. Nam ΡΙΦΗ grece ipetus ⁊ ΟΡΜΗ
diciẽ. Olympus mons macedonię nimiũ
ꝑcelsus: ita vt sub illo nubes eē dicanẽ. De quo Uirgilius:
Nubes excessit olymp⁹. Dictus ãt olympus q̃si ololamp⁹
i. q̃si cęlũ. Hic mons macedoniã diuidit a thracia. Athos
mons macedonię: ⁊ ipse altior nubibus: tãtoq3 sublimis vt
in lemnũ vmbra eius ptēdat: q̃ ab eo. 86. milibus separaẽ.
Parnasus mons est thessalię: iuxta boetiã: q gemino verti
ce est erect⁹ in cęlũ. Hic i duo findiẽ iuga cirrha ⁊ nysa. vñ
⁊ nũcupat⁹: eo ꝙ in singulis iugis colebanẽ appollo ⁊ liber
Hęc iuga a duobus fratribus citheron ⁊ helicon appellan
tur. Nã helicon dictus ab helicone fratre citheronis. Itē
ceraunų sũt mōtes epiri. a crebris dicti fulminibus. Grę
ce.n. fulmen ceraunos dr̃. Apeninus mons appellatus. q̃si
alpes pęnice: q2 hãnibal veniēs ad italiã easdē alpes aperu
it: vñ ⁊ Uirgili⁹: Alpes imittit aptas. Has.n. hãnibal: post
bella hispanię aceto rupit. Iuuenalis: Et mōtē rupit aceto.
Et idē loca ipsa q̃ rupit: apeninę alpes vocaẽ. Mons ętna
ex igne sulphure dictus: vñ ⁊ gehenna. Cōstat ãt hũc ab ea
pte q̃ eurus ⁊ africus flat hēre spelũcas plenas sulphuris: ⁊
vsq3 ad mare deductas: q̃ spelũcę recipiētes in se fluct⁹ vē
tu3 creant: q agitatus ignē gignit ex sulphure: vñ fit qđ vi-
deẽ incendiũ. Pyrrheneus ⁊ ipse a crebris fulminũ ignib⁹
nuncupatus. Grece.n. ignis pyro vocaẽ. Iste ē q iter galliã
atq3 hispaniã: q̃si de industria munimentũ interiacet. So
lurius a singularitate dr̃: ꝙ oībus hispanię mōtibus solus
altior videaẽ: siue ꝙ oriēte sole ante radius eius i eo q̃3 ipe
ternaẽ: Calpes mons i vltimis finibus oceani: q dirimit eu
ropã ab africa: quē atlantis finē esse dicũt: de quo Lucan⁹.
Hesperiã calpē sũmũq3 ipleuit atlantem. Atlas ꝑmethei
frater fuit ⁊ rex africę: a quo astrologię artē pmũ dicũt ex
cogitatã. Ideoq3 dictus ē sustinuisse cęlũ. Ob eruditionē
igiẽ eius disciplinę ⁊ scientiã cęli nomē eius in montē afri
cę deriuatũ est: q nũc atlas cognominaẽ q pp altitudinem
suã q̃si cęli machinã: atq3 astra sustentare videẽ. Alpes ãt
ꝓprie mōtes gallię sunt. De q̄bus Uirgilius. Aereas alpes
Et dicēdo aereas: vbũ expressit a vbo. Nã galloꝝ ligua al-
pes: montes alti vocanẽ. Hęc sunt.n. q̃ italię muroꝝ exhi-
bent vicē. Colles sunt ꝑminentiora iuga montiũ q̃si colla.
Iuga aũt montiũ ex eo appellata sunt: ꝙ ꝓpinqtate sui iũ
gãẽ. Tumulus ē mons breuis: q̃si tumēs tellus. Itē tumu
lus: terra ꝯgesta: vbi nulla memoria ē. Ualles sunt humi-
lia loca: q̃si vulsa. Hinc ⁊ cōualles depssa loca terraꝝ inter
mōtes. Campus ē terraꝝ planities. Dictus aũt campus ꝙ
breuis sit pedibus nec erectus vt mōtes: s3 patens ⁊ spacio
suo porrectus ⁊ iacēs: vñ ⁊ grece pedion dr̃. Sumpsit aũt
nomē ex greca etymologia. Cami.n. grece breue diciẽ. So
lu3 ē omne qđ sustiet: a soliditate dictũ. s. vñ ⁊ de mari Uir
gilius ait. Subtrahiturq3 solũ. Salt⁹ sũt vasta ⁊ siluestria
loca vbi arbores exiliunt in altũ. Fauces sunt angustoꝝ lo
coꝝ aditus iter arduos mōtes loca angusta ⁊ breuia: dicta
a fauciũ similitudie: q̃si foces. Confrages loca in q̃ vndiq3
vēti currunt: ac sese frangũt: vt Neuius ait: In mōtes vbi
venti frangebãt locũ. Scabra sũt loca situ aspera vñ ⁊ sca
bies dr̃ a corporis asperitate. Lustra obscura latibula fera
rum ⁊ lupoꝝ cubilia sunt: vñ ⁊ lupanaria lustra dicunẽ per
ꝯtriũ videlicet: q2 parũ illustrãtur. Lucus ē locus densis ar
boribus septus: solo lucē detrahens. Potest ⁊ a collucēdo
crebris luminibus dici: q̃ ibi pp religionē gentiliũ cultũq3
fiebant. Deserta vocata. q2 non seruneẽ. ⁊ ideo q̃si deserun
tur: vt sunt loca siluarũ ⁊ montiũ: cōtraria vberrimaꝝ ter
raꝝ: q̃ sunt vberrimę glebę. Deuia sunt loca secreta ⁊ abdi
ta: q̃si extra viã. Ipsa sunt ⁊ inuia. Inde ⁊ auiaria secreta lo
ca ⁊ a via remota: aut tñ adibilia auibus. Unde ē illđ: Incul
ta rubent auiaria bacis. Amęna loca Uarro dicta ait: eo ꝙ
solum amorem pręstent: ⁊ ad se amanda alliciant. Uerius
Flaccus ꝙ sine munere sint: nec quicq3 his officia: quasi a
munia hoc est sine fructu: vnde nullus fructus exoluitur.
Inde etiam nihil pręstantes immunes vocantur. Aprica
loca: quę sole gaudent: quasi ΑΝΕΥ ΦΡΙΚΗΣ. i. sine frigore: si
ue ꝙ sint aperto cęlo. Opaca vero loca: quasi operta: cęlo
aprico contraria. Lubricum dici constat locu3: ab eo ꝙ ibi
quis labitur: ⁊ lubricu3 dicitur: non quod labitur: s3 i quo
labitur. Estiua sunt loca vmbrosa: quibus per ęstatem vi-
tant pecora solis ardorem. Statius: Et vmbrosi patuere
ęstiua licęi. Naualia sunt loca vbi naues fabricantur. Hoc
⁊ textrinũ vocatur. Statio est vbi ad tempus stant naues
Portus vbi hyemant. Importunum autem in quo nullu3
est refugium: quasi nullus portus. Portus aute3 locus est
ab accessu ventoru3 remotus: vbi hiberna ōponere solēt.
Et portus dictus a deportandis commertys. Hunc vete-
res a baiulandis mercibus baias vocabant. illa decliatio
ne a baia baias: vt a familia familias. Littus ē terra aquę
⁊ mari vicina. Et dictum littus quia fluctu eliditur: vel ꝙ
aqua alluitur. Cicero in topicis: Littus est aqua qua flu-
ctus eludit. Circũluuium locus quem aqua circũluit. Allu
uium consumptio riparum ex aquis. Margo est pars cu-
iuslibet loci: vtputa maris: vnde ⁊ nomen accepit. Mariti
ma quasi maris intima. Ostia ab ingressu ⁊ exitu fluminis
dicta in mari. Continens perpetua terra nec vllo mari di-
screta: quem gręci pyron vocant.

¶ De inferioribus terrę. Cap. IX.

Specus est fossa sub terra qua prospici po-
test. Spelea grece: spelunca latine. Spira-
cula appellata omnia loca pestiferi spirit⁹:
quem gręci paronia appellant: vel acherō-
tea. Etiam Uarro spiraculum dicit huius-
cemodi locum: ⁊ spiracula ex eo dicuntur
loca: qua terra spiritum edit. Hiatus pręr-
ruptio terrę profunda: quasi hitus. Proprie autem hiatus
est hominis oris apertio translata a feris: quarum auidi-
oris adapertione monstratur. Profundum proprie quasi
cuius porro sit fundus. Abusiue aute3 profundum vel sur
sum vel deorsum dicitur: vt mare ac terra cęlũq3 ꝓfundũ

Baratrū nimię altitudinis nomen est: ꝛ dictū baratrū q̄si vorago atra.s.a ꝓfunditate. Herebus inferoꝝ ꝓfunditas atqȝ recessus. Styx. απο της στυγος. i.a tristicia dicta: eo ꝙ tristes faciat: vel ꝙ tristiciā gignat. Cocytus locus inferi: de quo Job ita loqtur: dulcis fuit glareis cocyti. Cocytus aūt nomē accepit greca interꝑtatiōe: a luctu ꝛ gemitu. Tartar⁹ vel q̄ illic oīa turbata sunt. απο του ταρα τειν vel qđ veri⁹ est. απο της τρησεως. i.a tremore frigoris qđ ē algere, ꝛ rigere.s. q̄ luce soleqȝ caret. Nā neqȝ illic vapores sunt: q̄ ex solis luce gignunt̄: neqȝ flat⁹: q̄ eiusdē motibus icitant̄: sȝ ꝑpetu⁹ stupor. Tartarizin.n. horrere ꝛ tremere apud grecos legit̄. Illic erit flet⁹ ꝛ stridor dentiū. Gehenna ē locus ignis ꝛ sulphuris quē putāt ita noīatū a valle idolis ꝯsecrata: q̄ ē iuxta murū irl̄ꝫ: repleta olim cadaueribus mortuoꝝ. Ibi.n. hebrei filios suos imolabant demonib⁹: ꝛ appellabat̄ locus ipse gehennon. Futuri q̄ supplicij loc⁹ vbi peccatores cruciandi sunt hui⁹ loci vocabulo designat̄: Duplicē aūt esse gehennā ꝛ ignis ꝛ frigoris in Job legim⁹. Infernus appellat̄: eo ꝙ infra sit. Sic aūt ſm corp⁹ si ponderis sui ordinē teneāt inferiora sunt oīa grauiora: ita ſm spiritū inferiora sunt oīa tristiora: vñ ꝛ in greca lingua origo noīs que appellat̄ infernus ex eo ꝙ nihil suaue ab eo resonare ꝓhibet̄: sic aūt cor aīalis in medio ei⁹ est: ita ꝛ infernus in medio terre eē perhibet̄. Unde ꝛ in euangelio legimus: in corde terre. Philosophi autē dicunt ꝙ inferi pro eo dicantur: ꝙ anime hinc ibi inferantur.

Incipit liber quintusdecimus.

De ciuitatibus. Cap. I.

De auctoribus conditaꝝ vrbium plerūqȝ dissēsio iuenit̄: adeo vt nec vrbis qdē romę origo diligēter possit agnosci. Nam Salusti⁹ dic̄. Urbē romā sicuti ego accepi cōdidere atqȝ habitauere i initō troiani ꝛ cū his aborigies. Alij dicūt ab Euandro ſm qđ Uirgili⁹. Tūc rex euādr⁹ romanę ꝯditor arcis. Alij a romulo: vt eminus: hui⁹ nate auspicijs illa inclyta roma. Si igit̄ tantę ciuitatis certa ratio non apparet: non mirū si in aliaꝝ opinione dubitatur. Unde nec historicos: nec cōmentatores varia dicētes: impitię condemnare debemus: q̄ antiquitas ipsa creauit errorē. Sane quasdam de quibus aut sanctę scripturę aut historię gentium certā originem referunt: paucis admodum verbis retexere oportet. Primus añ diluuiū cham ciuitatē enoch ex noīe filij sui in india ꝯdidit: quā vrbē sola multitudine sue posteritatis ipleuit. Prim⁹ post diluuiū nemroth gigas babylonē vrbē mesopotamie fūdauit: hāc semiramis regina assirioꝝ ampliauit: murūqȝ vrbis bitumine ꝛ cocto latere fecit. Uocabulū āt sūpsit a ꝯfusiōe: eo ꝙ ibi ꝯfuse sint atqȝ ꝑmixte lingue edificātiū turrim. Cuius turris altitudo quqȝ miliū centūseptuagitaq̄ttuor passuū fuit. Judei asserūt sem filiū Noe quē dicunt melchisedech ꝑmū post diluuiū in syria ꝯdidisse vrbē salem: in qua regnū fuit eiusdē melchisedech. Hāc postea tenuerunt iebusei: ex qb⁹ ꝛ sortita ē vocabulū iebus: sicqȝ duob⁹ noīb⁹ copulatis: iebus ꝛ salem: vocata ē hierusalē: q̄ postea a salomone hyerosolyma: q̄si hierosalomonia dicta ē. Hec ꝛ corrupte a poetis solyma nuncupata ē: ꝛ postea ab helio adriano helia vocitata est. In ipsa ē ꝛ syon: q̄ hebraice speculatio interꝑtat̄: eo ꝙ i sublimi cōstructa sit: ꝛ de lōge venientia ꝯtēpletur. Irl̄m āt pacifica i nostro ſmone trāsfert̄. Oppida aūt nobilia: q̄ vel q̄ ꝯstituerunt. Dionysius q̄ ꝛ liber pater: cū indiā victor ꝑambulasset: nysam vrbē ex suo noie iuxta indū fluuiū cōdidit ꝛ.l. milib⁹ hoīum impleuit. Medus āt egei fili⁹ mediam ꝯstruxit: vñ ꝛ regio ei⁹: medie nomen sortita ē. Parsinopolim vrbē caput ꝑsici regni perse⁹ ādie fili⁹ ꝯdidit: famosissimā cōfertissimāqȝ opibus: a quo ꝛ ꝑsida dicta ē. Dictesifontē quoqȝ parthi apud parthiam ꝯdiderunt: in emulationē babylonie vrbis. Susis oppidū ꝑside aiunt memnonis fratrē cōstituisse. Dictū aūt susis: ꝙ imineat suse fluuio. Ibi ē regia cyri: lapide candido ꝛ vario: cū columnis aureis: ꝛ lacunaribus gēmisqȝ distincta. cōtinēs ēt simulacrū cęli. stellis micātib⁹ ꝑsignatuꝫ: ꝛ cętera hūanis mētib⁹ incredibilia. Bactrū oppidū bactriani condiderunt ex ꝓprio amne eū cognominantes q̄ bactrus vocat̄. Carra ciuitas mesopotamię: trāsedissam cōditā a parthis: vbi quondā roman⁹ ē cęsus exercit⁹: ꝛ crassus dux capt⁹. Edissam vrbē mesopotamię ꝯdidit nemroth fili⁹ chus postqȝ de babylone migrauit: in q̄ ꝛ regnauit: q̄ ante iare cognominata ē. Ipse ꝛ cōstruxit ꝛ calānē q̄ postea verso noie a seleuco rege dicta ē seleucia. Philadelphiā vrbē arabię ꝯdidit raphaim gens ātiq̄ssima: quā interfecerūt filij loth. Seleucus vn⁹ ex pueris alexādri post mortē eiusdē alexādri occupato regno oriētis vrbē in syria ꝯdidit: eāqȝ ex antiochi patris sui noie antiochiā nūcupauit: ꝛ syrie caput instituit. Ipse quoqȝ laodiciā ꝛ seleuciā: ipse apamiā ꝛ edissaꝫ vrbes cōstruxit. Damascus vrbs syrię cōdita ꝛ nūcupata a damasco dispēsatoris abrahę filio. Hęc antea i omni syria tenuit principatū. Necdū.n. florebant ibi antiochia: laodicia ꝛ apamia: q̄s vrbes post alexandrū constructas esse cognoscimus. Hic est damascus quē abrahā futuꝝ sibi hęredem dixerat: anteqȝ eēt illi ꝓmissus ysaac. Gazā oppidum palestine ꝯdiderunt euei in q̄ habitauerūt cappadoces pristinis cultorib⁹ iterfectis. Uocata āt gaza eo ꝙ ibi cambyses rex ꝑsaꝝ thesauros suos posuit: cū bellum egyptijs intulisset. Persaꝝ.n. lingua thesauꝝ gaza noiat̄. Philistim vrbeꝫ ꝯdiderūt allophili: ipsa ē ascalon: de q̄ supius memorauimus: nūcupata ex noie cesloim q̄ fuit nepos cham: ꝛ filius mesraim. Dor vrbs fuit quondā potētissima: ꝛ versa vice stratonis turris: postea ab herode rege iudee in honorē cesaris augusti cesarea nūcupata. In q̄ cornelij dom⁹ xp̄i ecclesia: ꝛ philippi edicule: ꝛ cubiculū q̄ttuor virginū ꝓphetaꝝ. Joppe oppidū palestine maritimū ydeꝫ palestini edificauerūt: vbi saxū ostēdit̄: qđ vinculoꝝ andromade adhuc vestigia retinet: cuius belue forma eminentior elephantis fuit. Hiericho a iebuseis condita traditur: a qbus ꝛ nomē traxisse ꝓhibetur: hanc subuertit iesus: post quaꝫ instruxit aliā ozam de bethel ex tribu effraim. Sȝ ꝛ hec eo tpe quo irl̄m oppugnabat̄ a romanis ꝑ ꝑfidiā ciuiū capta atqȝ destructa est: post quā tertia edificata ē vrbs que vsqȝ hodie ꝑmanet. Sichem samarie vrbē que latine ꝛ grece sichima vocatur: edificauit emor: appellauitqȝ eam noie sichem filij sui. Ipsa est nunc neapolis ciuitas samaritanoꝝ. Bethel vrbē samarie cōdiderunt iebusei: que prius vocabat̄ luza: sȝ postqȝ dormiens ibi iacob vidit scalā innitentē celo ꝛ dixit: vere hic domus dei ē ꝛ porta celi: hac ex causa locus nomen accepit bethel. i. domus dei. Qñ autē ibi ab hieroboā vituli aurei fabricati sunt: vocata est bethauen. i. dom⁹ idoli: que antea vocabatur domus dei. Bethleeꝫ iuda ciuitas dauid que mundi genuit saluatoreꝫ: a iebuseis condita fertur: ꝛ vocata primuꝫ effrata: qñ aūt ibi iacob pecora sua pauit: eideꝫ loco bethleem nomen quodam vaticinio futuri imposuit: quod domus panis interpretatur: propter euꝫ panem qui ibi de celo descendit. Ebron ciuitas iudee q̄ quondam vocabatur arbe condita est a gigantibus ante septem ānis q̄ tbanis vrbs egypti conderet̄. Ipsa est arbe: a numero ita vocata ꝙ ibi tres patriarchę sepulti sunt: ꝛ quart⁹ adaꝫ. Ipsa est ꝛ mambre vocata: ex vno amico abrahę. Samariā a qua oīs regio q̄ circa eaꝫ fuit nomē accepit: sennacherib rex assyrioꝝ construxit: vocauitqȝ samariā. i. custodiā: q̄ qñ isrl̄ transtulit medos ibi custodes cōstituit. Hāc obsidiōe captaꝫ antiochus solo coęquauit. Quaꝫ postea herodes a fundamētis instaurās: in honorē augusti augustaꝫ i. sebastiaꝫ gręco sermone vocauit. Ibi sepulti sunt helise⁹ ꝛ abdias ꝓphetę: ꝛ quo maior inter natos mulieꝝ non fuit baptista ioānes. Tiberiadē vero herodes alius in iudea in noie tiberij cęsaris cōdidit. Tyrus vrbs phęnicū condita a phęnicib⁹ fuit. Hęc est ciuitas ex qua auꝝ regi salomōi deferebat̄: in qua optima purpura tingit̄. Unde ꝛ tyria dicitur nobilis purpura. Phęnices a rubro profecti mare: sidonē vrbē opulētissimā cōdiderūt: quā a pisciū copia sidō appellauerūt. Nā piscē phęnices sidon vocant. Ipsi etiā tyrū in syria: ipsi vticā in africa: ipponeꝫ: leptim aliasqȝ vrbes in ora maritima condiderūt. Ipsi thebas in boetia duce cadmo: ipsi postremo in vltima orbis tendētes vrbē in oceano condiderūt: eāqȝ lingua sua gades noiauerūt. Nā mos erat antiq̄ phęnicū gentis: multis sil̄ mercādi causa a domo proficisci: ꝛ cū incolaꝝ aīos cōmertio reꝝ his ante incognitaꝝ sibi cōciliassent: loca q̄ condendis vrbibus idonea videbātur capere. Ex his profecta ꝛ dido in littus africę vrbē condidit: ꝛ carthadā noiauit: quod phęnicea lingua exꝑmit: ciuitatē nouā mox sermone verso carthago est dicta: hanc scipio deleuit. Quę aūt nūc ē: postea a romanis ē cōdita. Carthago autēꝫ antea byrsa: postea tyrus dicta est: deinde carthago. Mēphin ciuitatē ęgypti edificauit epaphus iouis filius: cuꝫ in secunda ęgypto regnaret. Hęc est vrbs in qua charta nascitur: vbi etiā optimi mathematici fuerunt. Nā hanc vrbē magicis artibus deditā pristini vsqȝ ad ꝑsens tēpus vestigia erroris ostendunt. Thanis metropolis ęgypti vbi pharao fuit: ꝛ moyses cuncta signa fecit: q̄ in exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur titanes. i. gigantes ꝛ ex suo nomine nuncupauerunt. Eliopolis vrbs ęgypti: q̄ latine interꝑtat̄: solis ciuitas: sicut. 7 o. iterpretes arbitrāt̄. Edificata ē aūt a filijs isrl̄ in qua phutifares sacerdos fuit cuius meminit ezechiel. Urbē alexādriā condidit alexander magnus: cuius ꝛ nomē detinet. Hanc eniꝫ idē in terminis regionis africę ꝛ ęgypti constituit: ꝛ caput esse regionis ęgypti iussit. Interiacet aūt inter ęgyptū ꝛ mare: quasi claustrū importuosa. Hec est vrbs egypti: postea versa in alexādriā. Thebas ęgyptias ꝯdidit cadm⁹: q̄ iter ęgyptias vrbes numero portaꝝ nobiliores habent̄: ad quas cōmercia arabes vndiqȝ subuehunt. Hinc regio ęgypti thebaica dicta ē. Thebe aūt ꝛ boetię sunt ꝛ ęgyptię: vno tñ auctore sunt condite. Ptolomais ꝛ beronice a regibus ęgyptijs nominatę a quibus ꝛ ędificatę fuerūt. Cesareā cappadocię philippus i honorē cęsaris ędificauit. Tarsuꝫ cilicię danaes ꝓles ꝑseus ędificauit: de qua ciuitate fuit Paulus apostolus. Nat⁹ inquit tarso cilicię. Quidam etiam locus indię tarsus vocatur. Seleuciam isaurię condidit seleucus: qui ꝛ antiochiā. Ilus āt apollinis filius: in phrygia iliū condidit. Ammaçones ephesuꝫ in asia construxerunt. Theseus vero smyrnaꝫ ꝯstruxit: q̄ homero poetę patria extitit: ꝛ smyrna vocata: ꝙ eius campos hermus fluuius secat. Dioscoriā colchorū vrbeꝫ amphitus ꝛ circius aurigę castoris ꝛ pollucis fabricauerunt: ex eoꝝ noie eam cognominantes. Nā castor ꝛ pollux gręce dioscori appellant̄. Nicomedia a nicomedo rege bithynię ędificata est. Bithynia condita a phęnice q̄ primuꝫ mirandina vocabat̄. Constantinopolin vrbeꝫ thracię: cōstātinus ex noie suo instituit: solaꝫ romę meritis ꝛ potētia adęquataꝫ. Hanc conditā ꝑmū a pausania rege spartanoꝝ ꝛ vocatā bizantiū: vel qđ tantū pateat inter adriaticū mare ꝛ propontidē: vel ꝙ sit receptaculum terrę marisqȝ copijs. Unde ꝛ eaꝫ cōstantinus aptissimā condere iudicauit: vt receptaculū sibi terra mariqȝ fieret. Unde ꝛ nūc romāi imperij sedes ꝛ totius caput est orientis: sicut ꝛ roma occidentis. Epirus ciuitas thracię cōdita est a pyrrho ꝛ cognominata. Athenas in hellade cecrops cōdidit ꝛ ex suo nomine cecropiā nominauit. Hanc anfixion qui in gręcia tertius post cecropē regnauit: minerue sacrauit: ꝛ nomen ciuitati athenas dedit. Nā minerua gręce athenas dicitur: vnde ꝛ mineruā gręci inuentriceꝫ multaꝝ artiū asserunt: quia ꝛ littere ꝛ artes diuersoꝝ studioꝝ ꝛ ipsa philosophia: veluti tēplū athenas habuerūt. Corinthū in achaia cōdidit corithus orestis filius. Hāc gręci corintheā vocāt: hoc est administrationeꝫ reipublicę. Thebas boetię cadmus veniens a phęnicibus cōdidit: thebis ęgyptijs prius ab eo cōstructis. Mycenas lacedęmonia cōdita a lacedęmone semele filio. Sparta a sparto filio foronei vocata: qui fuit filius inachi. Ipsaꝫ aūt esse spartā: quā ꝛ lacedęmoniā ciuitateꝫ: atqȝ īde lacedęmonios spartanos dici. Achaia ab acheo constructa. Pelops q̄ apud argos regnauit pelopōnesum vrbē cōdidit. Cecrops i isula rhodo rhodū ędificauit Carpatus coū. Aeos tiphonis filius paphū. Angeus licurgi filius samum. Dardanus autē cōdidit dardaniā. Thessalonicā thessalus gręci filius ędificauit: in qua etiam regnauit. Brundusium construxerunt gręci. Brundusium auteꝫ dcm̄ gręce ꝙ brunda caput cerui dicatur: sic est.n. vt ꝛ cornua videātur: ꝛ caput ꝛ lingua in positōe ipsius ciuitatis. In italia auteꝫ a iano ianiculuꝫ: a saturno saturnia: atqȝ latium cōdituꝫ eo ꝙ ibi fugiens latuisset cognominatum. Ab hercule i campania pompeiaꝫ q̄ victor ex hispania pompā boum duxerat. Eneas autem post excidium troię: i eandeꝫ italiā veniens: ab vxoris noīe lauiniā cōdidit. Ascanius vero relicto lauinie nouercę suę regno albā longā edificauit. Alba auteꝫ vocata ꝓpter colorem suis: longa: q̄ longum oppidum est: iuxta prolixitateꝫ collis i quo positū est. Ex hac etiā vrbe reges albanoruꝫ appellari cęperunt. Capuā capis siluius rex albanoꝝ construxit appellata nomine conditoris: licet sint q̄ dicant a capacitate eam capuā dictā: ꝙ eius terra omnem vitę fructuꝫ capiat: alij a locis campestribus i quibus sita est. Est auteꝫ caput vrbium campanię iter tres maximas romam carthaginēqȝ numerata: ex qua ꝛ prouincia italię campania dicta est. Romulus cū iterfecto apud albā amulio: auum munitorem in regnū restituisset: in euꝫ locū vbi nūc roma est deuenit: ibiqȝ sedes posuit: męnia cōstruxit: vrbēqȝ ex nomine suo romā vocauit. Hāc aūt antea euāder dicitur ꝯdidisse: vt est illud. Tūc pater euādrus romanę cōditor arcis. Ancus marcus ex filia numę pompilij natus hic vrbē in exitu tyberis cōdidit: q̄ ꝛ peregrinas merces exciperet ꝛ hostem moraret̄: quā ab ipso situ hostiā appellauit. Galli quidam intestina discordia ꝛ assiduis dissensionibus suoꝝ ꝑmoti sedes nouas q̄rētes italiaꝫ ꝑfecti sunt: sedibusqȝ proprijs tuscis expulsis: mediolanū atqȝ alias vrbes condiderūt. Uocatuꝫ aūt mediolanū ab eo ꝙ ibi sus mediolanea ꝓhibet̄ inuēta. Historijs placet a mesapo gręco: mesapię dataꝫ originē: versa postmodū i nomē calabrię quam i exordio enotri frater peucecius peuceciaꝫ noīauerat. Manto tiresie filia post iteritū thebanoꝝ dicit̄ delata i italiam mantuā cōdidisse. Est aūt i venetia: q̄ gallia cisalpina dicitur. Et dicta mantua ꝙ manes tueat̄. Partenopia a partenope virgine quadam illic sepulta appellata: quod oppidum postea augustus neapolim esse maluit. A promontorio leucaten: in quo actis apollinis templū fuit: bellū augustus cōtra antoniuꝫ gessit. Quo victo vrbē i actiaco sinu cōdidit: quā a victoria nicopolim appellauit. Palantus parthenioruꝫ dux parthenios constituit. Taras neptuni filius fuit: a quo tarentum ciuitas ꝛ condita ꝛ appellata est. Cuꝫ Cyrus ma

ritimas vrbes grecię occuparet: ⁊ focenses ab eo expugnati obsidibus angustijs premerent̄: iurauerunt vt ꝓfugerent q̃ lōgissime ab imperio ꝑsaꝝ: vbi nec nomē q̄dem eoꝝ audirēt: atq; ita in vltimos gallię sinus nauib⁹ ꝓfecti armisq; se aduersus gallicā feritatē tuētes: massyliā cōdiderunt: ⁊ ex noīe ducis nūcuparūt. Hos Uarro triligues dicit: ꝙ ⁊ grece loquant̄ ⁊ latie ⁊ gallice. Narbonā ⁊ arelatū: ⁊ pictauis coloni ꝓprij condiderūt. Burdegalim appellatū ferūt: ꝙ burgos gallos ṗmū colonos habuerit quibus antea cultoribus adimpleta est. Terraconā in hispania scipiones construxerūt: iō caput est terraconensis prouincię. Cęsaraugusta terraconēsis hispanię oppidū a cęsare augusto: ⁊ situ ⁊ noīatū: loci amęnitate ⁊ delitijs ꝓstanti⁹ ciuitatibus hispanię cūctis atq; illustri⁹ florēs sanctoꝝ martyꝝ sepulturis. Afri sub hānibale maritima hispanię occupantes: carthaginem spartariā cōstruxerunt: q̃ mox a romanis capta ⁊ colonia facta: nomē etiā ꝓuincię dedit. Nūc aūt a gothis subuersa atq; in desolationē redacta ē. Saguntū greci ex insula çacyntho ꝓfecti in hispaniā condiderūt: quā afri postea bello impetitā deleuerūt. Emeritā cęsar augustus ędificauit: post quā lusitaniā: ⁊ quasdam oceani insulas cepit: dās ei nomē ab eo ꝙ ibi milites veteranos cōstituisset. Nā emeriti dicūt̄ veterani: solutiq; militia. Ulyxbona ab vlyxe est condita ⁊ nuncupata: quo loco sicut historiographi dicunt cęlū a terra: ⁊ maria distinguuntur a terris. Hispalī cęsar iulius cōdidit: quam ex suo noīe ⁊ romę vrbis vocabulo iuliam romulā nūcupauit. Hispal' aūt a situ cognominata ē: eo ꝙ ī solo palustri suffixis ꝓfundo palis locata sit: ne lubrico atq; istabili fundamēto caderet. Gades oppidū a penis conditum: qui etiam ⁊ carthaginem spartariā condiderūt. Septēoppidū a montibus. 7. qꝛ similitudine fratres vocati: gaditano iminēt freto. Tingis ciuitatis ⁊ lixis ciuitatis anteus auctor ē: quē hercules ferī lucte certamine superatū interfecisse. Lix aūt a lixo flumine mauritanię nūcupata: vbi antea regia fuit: ⁊ sala ꝙ imineat sale flumini. Cęsaream mauritanie oppidū iuba rex mauroꝝ in honorem cęsaris augusti ꝯdidit: quā ex eius nomine cęsareā appellauit: sicut herodes aliā cęsareā in palęstina q̃ nūc vrbs est clarissima. Icosiū cęsariēsis mauritanię oppidū hercule illuc transeunte: viginti a comitatu eius discedētes construxerunt. Hanc ne quis imposito a se noie priuatim gloriaretur: de cōdentiū numero vrbi icosiū nomen est datū. Cyrene regina fuit libyę: q̃ ex suo nomine ciuitatem cyrenē cōdidit: ex q̃ ⁊ lybiā cyrenensē vocauit.

¶ De ędificijs publicis. Cap. II.

Ciuitas est hoīuꝫ mltitudo: societatis vinculo adunata: dicta a ciuibus: id est ab ip̄is incolis vrbis pro eo ꝙ plurimoꝝ cōsciscat ⁊ cōtineat vitas. Nam vrbs ipsa męnia sunt: ciuitas aūt nō saxa sed habitatores vocant̄. Tres aūt sūt societates: familiarū: vrbiū: gentiū. Urbs vocata ab orbe: ꝙ antiq̄ ciuitates in orbe fiebāt: vel ab vrbo parte aratri quo muri designabantur: vnde est illud. Optauitq; locū regno ⁊ cōcludere sulco. Locus enim futurę ciuitatis sulco designabat̄: id est aratro. Cato. Qui vrbem nouā ꝯdidit: tauro ⁊ vacca aret: vbi arauerit muꝝ faciat: vbi portā vult eē aratrū sustollat ⁊ portet: ⁊ portā vocet. Ideo aūt vrbs aratro circūdabatur dispari sexu iuuencorū: propter cōmixtionē familiaꝝ: ⁊ imaginē ferētis: fructūq; reddētis. Urbs āt aratro ꝯdit̄: aratro vertit̄. Un̄ Horati⁹. Imp̄meretq; muris hostile aratrū. Oppidū q̄dā ab oppositiōe muroꝝ dixerunt: alij ab opib⁹ recondendis: eo ꝙ sit munitū: alij ꝙ sibi in eo cōuentus habitantiū opem det mutuam cōtra hostem. Nā primuꝫ homines tanq̄ nudi ⁊ inermes: nec contra bella hęc ꝓsidia habebant: nec receptacula frigoris ⁊ caloris: nec ip̄i iter se hoīes ab hoībus satis erant tuti. Tandē naturali solertia speluncis siluestribusq; tegumentis tuguria sibi ⁊ casa virgultis arundinibusq; cōtexuerunt: quo esset vita tutior: ne his q̄ nocere possent aditus esset. Hęc ē origo oppidoꝝ: q̄ ꝙ opes darent iccirco oppida noīata dixerūt. Oppidū aūt magnitudine ⁊ męnibus discrepare a vico ⁊ castello ⁊ pago. Ciuitates autē: aut colonię: aut municipia: aut vici: aut castella: aut pagi appellant̄. Ciuitas proprie dicit̄ quā nō aduenę sed in eodē nati solo condiderūt. Ideoq; vrbes a ꝓprijs ciuib⁹ cōditę ciuitates nō colonię nūcupant̄. Colonia vero est q̄ defectu indigenarū nouis cultorib⁹ adimplet̄: vn̄ ⁊ colonia a cultu agri ē dicta. Municipiū est quo manēte statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officij a ṗncipe impetratur. Dictū aūt municipiū a munijs: id est officijs: ꝙ tm̄ munia: id est tributa debita: vl' munera reddāt. Nā liberales ⁊ famosissimę causę ⁊ q̄ ex ṗncipe proficiscūt̄ ibi nō aguntur. Hęc eniꝫ ad dignitatē ciuitatū pertinēt. Uici ⁊ castella ⁊ pagi sūt: q̄ nulla dignitate ciuitatis ornātur: sꝫ vulgari hoīuꝫ cōuentu icoluntur: ⁊ ꝓpter paruitatē sui: maiorib⁹ ciuitatibus attribuuntur. Uicus aūt dictus a vicinis tm̄ habitationibus: vl' ꝙ vias habeat tm̄ sine muris. Est aūt sine munitione muroꝝ licꝫ ⁊ vici dicant̄ ipsę habitationes vrbis. Dictus aūt vicus eo ꝙ sit vice ciuitatis: vl' ꝙ vias habeat tm̄ sine muris. Castrū antiqui dicebāt oppidū loco altissimo sitū: quasi casā altā: cui⁹ pluralis numerus castra: diminutiuū aūt castellū est: siue ꝙ castrabat̄ licētia inibi habitantiū: ne passiꝫ vaga hosti pateret. Pagi sunt apta ędificijs loca iter agros habitantibus. Hęc ⁊ conciliabula dicta a cōuētu ⁊ societate mł torū in vnū. Compeda sunt vbi visus est conuentus fieri rusticoꝝ: ⁊ dicta competa ꝙ loca multa in agris eodē competāt: ⁊ quo cōuenitur a rusticis. Suburbana sunt circumiecta ciuitatis ędificia: quasi sub vrbe. Męnia sunt muri ciuitatis: dicti ab eo ꝙ muniāt ciuitatē: quasi munimēta ciuitatis .i. tutamenta. Muniū aūt dcm̄ quasi manufactū: sic ⁊ muri a munitōe dicti: quasi muniri: eo ꝙ muniāt ⁊ tueant̄ interiora vrbis. Męnia aūt duplicē habēt significationē. Nā interdū męnia abusiue dici solent oīa ędificia publica ciuitatis: vt diuidimus muros ⁊ męnia pandimus vrbis. Proprie aūt menia sunt tm̄ muri. Murus autem turribus propugnaculisq; ornatur. Turres vocatę ꝙ teretes sint ⁊ lōgę. Teres enim est aliquid rotundū cuꝫ proceritate: vt columna. Nam ⁊ q̄uis quadratę aut latę cōstruātur: procul tamē vidētibus rotūdę existimātur. ideo qꝛ omne cuiusq; anguli simulacꝝ per lōgū aeris spaciū euanescit atq; cōsumit: ⁊ rotūdū videt̄. Propugnacula pinne muroruꝫ sunt dicta: qꝛ ex his propugnatur. Promurale vero: eo ꝙ sit pro munitione muri. Est enim murus proximus ante murum. Porta dicit̄: qꝛ ꝑ̄t iportari vl' exportari aliq̄d. Proprie āt porta aut vrbis aut castrorum vocat̄: sicut superius dictū est. Uicus vt prędictum est: ipsę habitatiōes vrbis sunt: vnde ⁊ vicini dicti. Uię ipsa spacia angusta quę inter vicos sunt. Plateę perpetuę ac latiores ciuitatū vię sunt: iuxta ꝓprietatem linguę grecę a latitudine nuncupatę. Platos enim greci latum dicunt. Quintāę pars plateę quinta est: qua carpentū progredi potest. Cloacę dictę ꝙ his percolātur aquę. Has primum romę fecisse dicunt tarquiniū priscū: vt quotiens pluuiarū inundatio existeret: per eas aquę extra ciuitatē emitterētur: ne maximis perpetuisq; tēpestatib⁹ planities vel fundamenta vrbiū strages aquaꝝ subuerteret. Imbuli: vel quia subuolumina sunt: vel quia sub his ambulant. Sunt enim porticus hincinde platearum. Forus est exercendarum litium locus: a fando dictus: siue a foroneo rege qui primus grecis leges dedit. Hęc loca ⁊ prostra vocant̄: ideo ꝙ ex bello punico captis nauibus carthaginensiū rostra ablata sunt: ⁊ ī foro romano ꝓfixa vt esset hui⁹ insigne victorię. Curia dr̄ eo ꝙ ibi cura per senatū de cūctis administret̄. Pretoriū: eo ꝙ ibi ꝑ̄tor sedeat ad discutiēdū. Gymnasiū generał est exercitioꝝ locus. Tn̄ apud athenas loc⁹ erat vbi discebat̄ philosophia ⁊ sapiētię exercebat̄ studiū. Nam gymnasiuꝫ grece vocat̄ qd latine exrcitiū dicit̄: hoc est meditatio. Sed ⁊ balnea ⁊ loca cursoꝝ ⁊ athletaꝝ gymnasia sunt: eo ꝙ illic omnes in suę artis studia exercitent̄. Capitoliū rome vocatū: eo ꝙ fuerit romanę vrbis ⁊ religionis caput summū. Alij aiūt cū tarquinius priscus capitolij fundamenta romę aperiret in loco fundamenti caput hominis litteris tuscis notatū inuenit: ⁊ ꝓinde capitoliuꝫ appellauit. Arces sunt partes vrbis excelsę atq; munitę. Nā q̄cunq; tutissima vrbium sunt: ab arcendo hostē arces vocant̄. Unde ⁊ arcus ⁊ arca. Circum romani dictum putant a circuitu equoꝝ: eo ꝙ ibi circū metas equi currant. Theatrū āt a spectaclo noīatū απο του θεασθαι ꝙ ī eo populus stās desuper atq; spectans ludos scęnicos cōtēplaret̄. Amphiteatrū vero vocatū ꝙ ex duob⁹ sit theatris compositū. Nā amphiteatrū rotundū est: theatrū vero ex medio amphiteatri est semicirculi figurā habens. Labyrinthus est perplexis parietibus ędificium: qualis est apud cretā a dedalo factus: vbi fuit minotaurus inclusus: in quo si quis introierit sine glomere lini: exitum inuenire non valet. Cui⁹ ędificij talis est situs: vt aperientibus fores: tonitruū intus terribile audiat̄. Descendit̄ centenis vltra gradibus: intus simulacra: ⁊ monstrificę effigies: in partes diuersas transitus inumeri per tenebras: ⁊ cętera ad terrorē ingrediētiū facta: ita vt de tenebris eius ad lucē venire impossibile videat̄. Quattuor sunt aūt labyrinthi: primus egyptius: secūdus creticus: tertius in lemno: quartus in italia: omnes ita cōstructi vt dissoluere eos nec vlla secula quidem possunt. Pharuꝫ turris est maxima: quā greci ⁊ latini commune ex ipsius rei visu pharꝫ appellauerūt: eo ꝙ flāmaꝝ indicio longe videat̄ a nauigantibus: qualē ptolemeus iuxta alexandriā cōstruxisse octingentis talentis tradit̄. Usus eius est nocturno nauium cursui ignes ostendere: ad pronunciāda vada portusq; ⁊ introitus: ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant. Nam alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portubus machinas ad prelucendi ministeriū fabricatas pharos dicunt. Nam phos lux ē: oros visio dicit̄. Unde ⁊ lucifer grece phosphoros appellat̄. Cochleę sunt altę ⁊ rotundę turres: ⁊ dictę cocleę quasi cyclę ꝙ in eis tāq̄ per circulū orbēq; conscēdatur: qualis est romę ī 75. pedibus. Thermę appellatę ꝙ caleant. Greci enim thermon calorem vocant. Balneis vero nomen inditum a lauatione męroris. Nam greci balanion dixerunt ꝙ anxietatem animi tollat. Hęc ⁊ gymnasia dicūtur: qꝛ ibi athletę vncto corpore ⁊ perfricato manib⁹ exercitant̄. Nam gymnasium grece latine exercitium dicit̄: gymnos vero nudus. Apodyterium vbi lauantium vestimenta ponuntur: ab exuendo dictū: απολυειν eniꝫ grece exuere dicitur. Popina grecus sermo est qui apud nos propina corrupte dicit̄. Est autem locus iuxta balnea publica: vbi post lauacrū a fame ⁊ siti reficiuntur. Unde ⁊ propina ⁊ propinare dicit̄. Pina enim grece famē significat: eo ꝙ hic locus famem tollat. Tabernę olim vocabant̄ ędiculę plebeiorū paruę ⁊ simplices ī vicis: axibus ⁊ tabulis clausę: vnde ⁊ tabernarię ꝙ soleāt cōsedere. Dictę aūt tabernę ꝙ ex tabulis lignisq; erāt cōstructę: q̄ nūc ⁊ si nō speciem: nomē tamē pristinū retinēt. Macellū dictū ꝙ ibi mactent̄ pecora q̄ mercantibus venūdant̄. Mercatū aūt a cōmertio nominatū: ibi enim res vendere vel emere solitū est: sicut ⁊ teloneum dicit̄ vbi merces naulū ⁊ nautaꝝ emolumenta reddūtur. Ibi enim vectigalis exactor sedet: preciū rebus ipositurus ⁊ voce a mercatorib⁹ flagitās. Carcer est a quo ꝓhibemur exire: ⁊ dictus carcer a coercendo. Hinc fronto vt per grecā tipotius amęnis locis q̄ coerceri carcere viderentur.

¶ De habitaculis. Cap. III.

Habitatio ab habēdo vocata: vt habitare casas. Dom⁹ ex greca appellatōe vocata. Nā domata greci tecta dicunt. Est aūt domus vnius familię habitatio: sicut vrbs vni⁹ populi: sicut orbis domicilium totius generis humani. Omne ędificium antiqui ędem appellauerunt. Alij edem ab edēdo q̄dā sumpsisse nomē existimāt: dātes exēplū de planto. Si vocassē vos in edē ad prādiū. Hinc ⁊ edificiū: eo ꝙ fuerit prius ad edendū factū. Aula dom⁹ ē regia: siue spaciosum habitaculū: porticibusq; quattuor cōclusū. Atriū magna ędes est siue amplior ⁊ spaciosa domus: ⁊ dcm̄ est atriū eo ꝙ addant̄ ei tres porticus extrinsecus. Alij atriū quasi ab igne ⁊ ligno atrum dixerūt. Atrū eni fit ex fumo. Palatiū a palante ṗncipe arcadū dcm̄. in cuius honore archades palanteū oppidū construxerunt: ⁊ regiā in ipsius noīe cōditā palatiū vocauerunt. Thalamū hac ex causa vocatū ferūt. Cū eniꝫ raptę fuissent a romanis sabinę: ex quibus cuꝫ vna ante alias specie nobilis cū magna oiuꝫ admiratōe raperet̄: thalamoni duci eam oraculo respōsuꝫ est dari: ⁊ qm̄ hę nuptię fęliciter cesserant: institutū est vt in oib⁹ nuptijs thalami nomē iteret̄. Egyptij quoq; lingua sua loca in q̄b⁹ nubētes succedunt ⁊ incubāt: thalamū nomināt. Cęnaculū dcm̄ a coione vescendi: vn̄ ⁊ cęnobiū congregatio. Antiqui eni publice ⁊ ī cōe vescebant̄: nec vllius cōuiuiū singlare erat: ne ī occulto delitię luxuriā gignerēt. Tricliniū est cęnaculū: a tribus lectul' discūbentiū dcm̄. Apud veteres eni in loco vbi conuiuij apparatus exponebat̄ tres lectuli strati erant: in q̄b⁹ discūbētes epulabant̄. Clinon eni grece lectulus vl' accubit⁹ dicit̄: ex quo cōfectū est vt tricliniū diceret̄. Cella dicta ꝙ nos occultet ⁊ cęlet. Cubiculū vero ꝙ eo cubem⁹: ibiq; dormiētes requiescamus. Cubile aūt cubandi locus ē. Secessus: ꝙ sit locus secretus .i. sine accessu. Diuersoriū dcm̄ eo ꝙ ex diuersis vijs ibi cōueniat̄. Hospitiū ꝭmo grecus est: vbi quis ad tp̄s hospitali iure inhabitat: ⁊ iteꝝ inde trāsiēs migrat. Inde ⁊ metatū: qꝛ mutat̄. Unde ⁊ legit̄. Et castra metati sūt: pro mutauerūt. Nō eni illic ꝑmanet exercit⁹: sꝫ pertransit. Męniana dicta sunt ꝙ maneam⁹. Męnian⁹ collega crassi in foro ꝓiecit materias vt essent loca in q̄b⁹ expectātes insisterēt: q̃ ex noīe eius męniana appellata sūt. Hęc ⁊ solaria qꝛ patēt soli: post hęc alij lapide: alij materia ędificauere porticib⁹ meniana ⁊ forib⁹ ⁊ domib⁹ adiecerūt. Tabulata olim lignęę dom⁹ fiebāt. Inde nomē ꝑmanet tabulatoꝝ. Apogeū est ꝯstructū sub terris ędificiū: quod nos antrū vl' speluncā dicim⁹. Solariū: ꝙ soli ⁊ aure pateat: qual' fuit locus in quo dauid hersabeę lauantē aspexit ⁊ adamauit. Cuꝫ hierosolymā antiochus obsideret: hircan⁹ ṗnceps iudeoꝝ reserato dauid sepulchro tria milia auri talento inde abstraxit: ex quibus. 3 0 0. antiocho dedit: vt obsidionē relinqueret: atq; vt facti inuidiam demeret. Fert̄ ex reliq̄ pecunia instituisse primus xenodochia quib⁹ aduentus susciperet pauperꝝ ⁊ peregrinoꝝ: vn̄ ⁊ vocabulū sumpsit. Nā ex greco in latinum xenodochiuꝫ peregrinorū susceptio nūcupat̄. Ubi aūt egrotantes de plateis colligūt̄: nosocomiū grece dicit̄ in quo consumpta languoribus atq; inedijs miserorum membra fouentur.

¶ De ędificijs sacris. Cap. IIII.

Sacra sunt loca diuinis cultibus istituta: vt pote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrant̄. Sācta iuxta veteres exteriora templi sunt. Sancta autē sanctorum locus templi secretior: ad quem nulli erat acessus nisi tm̄ sacerdotibus. Dicta autem sancta sanctorū: qꝛ exteriori oraculo sanctiora sunt: vel qꝛ sanctoruꝫ comparatōe sanctiora

funt:ficut cantica canticoꝝ:q2 cātica vniuersa pcellūt. Sā
ctū aūt a sanguine hostię nūcupatū. Nihil eni scm apud ve
teres dicebat:nisi qd hostię sanguine esset consecratuz aut
cōspersuz. Itē sanctū qd extat esse sancitū. Sancire aūt est
ɔfirmare ꝛ irrogatōe pęnę ab iniuria defenderę:sic ꝛ leges
sancte ꝛ mores sancti eē dicūt. Propitiatoriū: oraculū iter
duo cherubin. Et dictū propitiatoriū:q̄si ppitiatiōis orato
riū. Propitiatio eniz placatio est. Oracula dicta eo q inde
respōsa reddūt:ꝛ oracula ab ore dicta. Penetralia secreta
sunt oraculoꝝ:ꝛ penetralia dicta sūt ab eo q est penit⁹:hoc
est pene intus. Oratoriū oratiōi tm̄ est consecratū: in quo ne
mo aliud agere debet:nisi ad qd ē factuz: vnde ꝛ nomē acce
pit. Monasteriū vni⁹ monachi habitatio est. Mono enim
apud grecos solus:steriuz statio.i.solitarij habitatio. Ceno
biū ex greco ꝛ latino videt esse cōpositū. Est eni habitacu
luz plurimoꝝ in cōe viuētiū. Ceno eni grece cōmune dicit.
Tēpli nomē generale:p locis eni quibuscūq3 magnis anti
qui tēpla dicebant. Et tēpla dicta quasi tecta ampla:s3 ꝛ lo
cus designatus ad orientē:a cōtēplatōe tēplū dicebat. Cu
ius partes quattuor erāt:antica ad ortū:postica ad occasū:
sinistra ad septētrionē:dextra ad meridiē spectās. Unde ꝛ
qn̄ tēplū construebāt:orientē spectabāt:equinoctialem:ita
vt lineę ab ortu ad occidētē missę fierēt partes cęli: dextra
sinistra equales:vt q consuleret ac deprecaret:rectū aspice
ret orientē. Fana dicta a faunis quib⁹ tēpla error gētilium
cōstruebat:vnde ꝛ cōsulētes demonuz respōsa audirēt. De
lubra veteres dicebant tēpla fontes habētia:qbus ante in
gressum diluebant:ꝛ appellari delubra a diluēdo. Ipsę nūc
sunt edes cū sacris fontib⁹ in quib⁹ fideles regenerati: puri
ficant:ꝛ hn̄ quodā p̄sagio delubra sūt appellata:sūt eni i ab
lutionē peccatoꝝ. Fons autē in delubris:loc⁹ regeneratoꝝ
est in quo septē gradus in spirit⁹ sci mysterio formant: tres
in descēsu:ꝛ tres in ascēsu. Septim⁹ vero is est q ꝛ quartus
.i.simil filio hoīs:extinguēs fornacē ignis:stabilimentū pe
dū:fundamētū aq̄:in quo plenitudo diuinitatis habitat cō
poraliter. Basilicę p̄us vocabant regū habitacula: vn̄ ꝛ no
mē habēt. Nā basile⁹ rex:ꝛ basilicę regię habitatōes. Nūc
aūt ideo diuina templa basilicę noiant:q2 ibi regi oīuz deo
cult⁹ ꝛ sacrificia offerūt. Martyriū locus martyris gręca
deriuatōe:eo q i memoriā martyris sit cōstructū: vel q se
pulchra scōꝝ ibi sint martyꝝ. Arā qdā vocataz dixerūt q
ibi incēsę victimę ardeāt. Alij aras dicūt a p̄cationib⁹.i. q̄s
gręci aras vocāt:vnde cōtra imp̄catio satura dicit. Alij vo
lunt ab altitudine aras:sed male. Altare aūt ab altitudine
cōstat eē noiatuz:quasi alta ara. Pulpitū q in eo lector vl
psalmista positus in publico conspici a ppl̄o possit:quo libe
rius audiat. Tribunal:eo q inde a sacerdote tribuant pre
cepta viuēdi. Est eni loc⁹ in sublimi cōstitut⁹: vn̄ vniuersi
exaudiri possint. Alias tribunal a tribubus denominatuz:
q ad illum tribus conuocetur. Analogium dictū: q sermo
inde predicetur. Nam logos grece sermo dicitur:q ꝛ ipsuz
altius situm est.

De repositorijs. Cap. V.

Acrariuz proprie est locus templi in quo sa
cra reponuntur:sicut donarium est in quo
collocantur oblata:sicut lectisternia dicun
tur vbi homines sedere consueuerunt. Ab
inferendis igitur ꝛ deportādis sacris sacra
rium nuncupatur. Donaria vero eo q ibi
dona reponāt:q̄ i tēplis offerri ɔsueuerūt.
erariū vocatū:q2 p̄us es signatū ibi recōdebat. Hoc enim
olim i vsu erat:auro argētoq3 nōdū signato:ex quoꝝ metal
lis q̄uis postea facta fuisset pecunia:nomē tm̄ erarij permā
sit:ab eo metallo: vnde pecunia initiū sumpsit. Armarium
locus est vbi quarūcūq3 artiū instrumenta ponunt. Arma
mentariū vero vbi tm̄ tela armoꝝ:vnde Iuuenal. Quicqd
habēt teloꝝ armamētaria cęli. Dicta autem vtraq3 ab ar
mis.id ē brachijs.quib⁹ exercet. Bibliotheca ē loc⁹ vbi re
ponunt libri. Biblio eni grece liber.theca repositoriū dici
tur. Promptuariū dictū eo q inde necessaria victui pmunt
.i.pferūt. Cellariū dcm̄:q in eo colligantur ministeria mē
saꝝ:vel q̄ necessaria victui supersunt. Inter promptuariuz
autē ꝛ cellariū hoc interest:q cellariuz ē paucoꝝ dierum:
promptuariū vero tp̄is longi. Apotheca autē vel horrea a
greco verbū ex verbo repositoria vel recōditoria dici pos
sunt:eo q in his homines elaboratas fruges reponūt. Un
de ꝛ enthicam greco sermone repositam rei copiosam sub
stantiam appellamus.

De operarijs: Cap. VI.

Rgasteriuz locus est vbi opus aliquod fit.
Greco eni sermone erga opa: sterio statio.i.
opparia statio. Ergastula quoq3 ꝛ ipsa a greco
vocabulo nūcupant: vbi deputant noxij ad
aliqd op⁹ faciēdū:vt solēt gladiatores ꝛ exu
les q marmora secāt: ꝛ tm̄ viculoꝝ custodijs
alligati sunt. Gyneciuz grece dcm̄ eo q ibi cōuent⁹ femina
ruz ad op⁹ lanificij exercēdū cōueniat. Mulier eniz grece
γυνε nuncupat. Pistrinuz quasi pilistrinum:q2 pilo antea
tundebāt granum. Un̄ ꝛ apud veteres non molitores sed
pistores dicti sunt quasi pinsores a pinsendis granis frumē
ti. Molę enim vsus nondum erat:sed granū pilo pinsebāt:
vnde ꝛ Uirgilius. Nunc torrete igni fruges:nunc frangite
saxo. Clibanus fornax a cliuo dictus:ab eo q in erectiōe sit
collectus. Cliuuz eni ascensum dicimus flexuosum. Farn⁹
per deriuationē a farre dictus:qm̄ panis ex eo factus ibi co
quit. Torcular dcm̄:eo q ibi vuę calcent atq3 extorte exp
mant. Forus est locus vbi vua calcat: dictus q ibi feratur
vua:vel propter q vua feriatur pedibus: vnde ꝛ calcatoriū
dicitur. Sed hoc nomen mlt̄a significat. Prima species fo
ri locus est in ciuitate ad exercendas nundinas relict⁹. Se
cunda vbi magistratus iudicare solet. Tertia quā supra di
xim⁹:quā calcatoriū nolamus. Quarta spacia plana i naui
bus:de qb⁹ Uirgilius. Laxatq3 foros. Lacus dictus q ibi
decurrit frugum liquor.

De aditibus. Cap. VII.

Ditus ab eundo dictus:per quē ingredimur
ꝛ admittimur. Uestibulum est vel aditus do
mus priuatę:vel spatiū adiacēs edib⁹ publi
cis. Et vestibulū dictū:eo q eo vestiūt fores:
aut q aditū tecto vestiat:aut ab stādo. Porti
cus dict⁹ q trāsitus sit magis q̄3 ibi standum
sit quasi porta:ꝛ portic⁹ eo q sit apta. Ianua a iano quodaz
appeliat:cui gētiles oēm introitū vl exituz sacrauerūt: vn̄
Lucan⁹. Ferrea belligeri cōpescāt limina iani. Est autez ia
nua p̄mus dom⁹ ingressus:cetera inter ianuā ostia vocant
generaliter. Ostiū aūt ē p qd ab aliquo arcemur igressu ab
obstando dictū:siue ostiū q2 ostēdit aliqd intus. Alij aiunt
ostiuz appellari:q2 hostē moreat. Ibi enim aduersarijs nos
obijcim⁹. Hic ꝛ ostia tyberina:q2 hostib⁹ sunt opposita. Fo
res ꝛ valuę claustra sunt. S3 fores dicunt q̄ foras: valuę q̄
int⁹ reuoluunt:ꝛ duplices cōplicabilesq3 sunt:sed generalr
vsus vocabula ista corrūpit:claustra ab eo q claudātur di
cta. Fenestrę sunt qb⁹ pars exterior angusta ꝛ interior dif
fusa ē:quales in horreis videmus:dictę eo q lucē fenerēt.
Lux eni grece fos dicit: vl q2 p eas intus positus:hostio fo
ras videt. Alij fenestrā putant dictā eo q domui lucē mini
stret:cōpositū nomē ex greco latinoq3 sermōe. Fos eni gre
ce lux est. Cardo est locus i quo ostiū vertit ꝛ semp moue
tur:dict⁹ απο της καρδιας:qd q̄si cor hominez totū: ita
ille cuneus ianuam regat ac moueat. Unde ꝛ prouerbiale
est:in cardine rem esse. Limina ostioꝝ dicta eo q trāsuer
sa sint vt limes:ꝛ per ea sicut in agro aut introeatur:aut fo

ris eatur. Postes ꝛ antes quasi post ꝛ ante stātes. Et antes
q2 ante stant: vel q2 antea ad eas accedimus p̄usq̄3 domus
ingrediamur. Postes eo q post ostium stent.

De partibus edificioꝝ. Cap. VIII.

Undamētū dictū q fundus sit domus. Idē
ꝛ cemētū:a cedēdo dcm̄:q crasso lapide sur
gat. Paries nuncupatus:q2 semp duo sūt pa
res:vel a fronte vel a latere. Siue eni tetra
gonū siue hexagonū sit:q se cōspiciunt ex pa
ri erunt. Aliter eni structura facta deformis
est. Parietinas dicim⁹:q̄si parietum ruinas:
sunt eni parietes stantes sine tecto:ꝛ sine habitātib⁹. Angu
lus q duos parietes in vnuz cōiungat. Culmina dicta sunt:
q2 apud antiquos tecta culmo tegebantur: vt nunc rustica.
Hinc tecti summitas culmē dicit. Camerę sunt volumina
introrsum respiciētia:appellatę a curuo. Camur eniz grece
curuū est. Laquearia sunt:q̄ camerā subtegunt ꝛ ornant:q̄
ꝛ lacunaria dicūt q lacos quosdā quadratos vel rotūdos
ligno vel gypso vel coloribus habeant depictos cuz signis
itermicātib⁹. Principaliter autē lacus dicit: vt Lucilius.
Resultant edesq3 lacusq3. Cui⁹ diminutio lacunar facit: vt
Horatí⁹. Neq3 aureū mea renidet in domo lacunar. Inde
fit alia diminutio lacunariū ꝛ per antisticon laquearinz fa
cit. Absida greco sermone latie interpretat lucida:eo q lu
mine accepto p arcuz resplēdeat. Sed vtrū absidā an absi
dez dicere debeamus:hoc verbi genus ambiguum quidaz
doctoꝝ existimāt. Testudo est camera tēpli obliqua. Naz
in modū testudinis veteres tēploꝝ tecta faciebant: q̄ ideo
sic fiebāt vt cęli imaginē redderet:qd cōstat esse cōuexuz.
Alij testudinē volunt esse locū i parte atrij aduersuz venie
tibus. Arcus edificioꝝ dicti q sint arta ɔclusione curuati.
Ipsi ꝛ fornices. Pauimēta originē apud grecos hn̄t elabo
rata arte picturę. Lithostrata paruulis crustis: ac tessellis
tinctis in varios colores: vocata aūt pauimenta:eo q paui
ant.i.cedant. Un̄ ꝛ pauor:q2 cedit cor. Ostracus ē pauimē
tū testaceū:eo q fractis testis calce admixto feriat. Testa
eni greci ostra dicūt. Compluuiū dcm̄: q2 aq̄ partes q̄ circa
sunt:eo cōueniunt. Tesselle sunt e qb⁹ domicilia sternunt:
a tesseris noiata.i.q̄dratis lapillis per diminutionē. Bases
fulturę sunt colūnaꝝ:q̄ a fundamēto ɔsurgunt ꝛ suppositę
fabricę sustinēt pōdus. Bases aūt nomē petrę ē fortissimę
syro sermōe. Colūnę p lōgitudine ꝛ rotunditate vocatę:in
qb⁹ toti⁹ fabricę pondus erigit. Antiq̄ rō erat colūnaꝝ alti
tudinis:tertia pars latitudinū. Genera rotūdaꝝ q̄ttuor: do
ricę:ionicę:tuscanicę:corithię:mensura grossitudinis ꝛ alti
tudinis iter se distātes. Quītū gen⁹ est eaꝝ q̄ vocant atticę:
q̄ternis angulis:aut ampli⁹ parib⁹ lateꝝ iteruallis. Capito
lia dicta q sint colūnaꝝ capita:sicut sup colluz caput. Epy
stylia sūt q̄ sup capitella colūnaꝝ ponūt: ꝛ ē grecū.i.super
missa. Tegulę q tegāt edes:ꝛ ibrices q accipiāt ibres. La
teres ꝛ laterculi q lati forment circunactis vndiq3 q̄ttuor
tabulis. Canalis dicta ab eo q caua fit in modū cannę. Sa
ne canalē meli⁹ genere feminino q̄3 masculino pferimus.
Fistulę aquarum sunt dictę: q aquas fundant ꝛ emittant.
Nam stola grece mittere est. Formę earuz pro magnitudi
ne aquę ꝛ capacitatis modo fiunt.

De munitionibus. Cap. IX.

Unitū vl munimētū dictū q2 mūu ē factū.
Coors vocata: vl q coartet cuncta q̄ interi
us sunt.i.cōcludat: vl q coerceat obiectu
suo extraneos ꝛ adire phibeat. Uallū ē qd
mole terrę erigit: vt custodia ptendat. Di
ctū aūt vallū a vallis. Nā valli fustes sunt
qb⁹ vallū munit. Et valli dicti q figant ꝛ
euellāt. Interualla spacia sūt iter capita valloꝝ.i. stipitum
qb⁹ vallū fit: vn̄ ꝛ cetera quoq3 spacia dicūt a stipitib⁹ scili
cet. Agger ē cuiuslibet rei aceruatio vn̄ fossę aut valles pos
sunt repleri. Agger pprie dr terra aggesta quę vallo facto
ppi⁹ ponit:sed abusiue ꝛ muros ꝛ munimēta oia aggerem
dicim⁹. Macerię sūt parietes lōgi:qb⁹ vineę aliq̄ claudūt.
Lōgū eni greci macron dicūt. Formatū siue formatiuz in
africa vl hispāia parietes de terra appellāt:qm̄ i forma cir
cūdatis duab⁹ vtrinq3 tabul inferūt magis q̄3 instruuntur.
Eiusmōi durāt icorrupti vētis ignibusq3:omni cemēto for
tiores. Sepes munimēta satoꝝ sūt vnde ꝛ appellatę. Cau
las munimēta ouiū vl sepimēta ouiliū. Est eni grecū nomē
e detracta. Nā greci aulas vocāt alaliū receptacula.

De tentorijs. Cap. X.

Abernacula tētoria sunt militū qbus in iti
nere sol ardores tēpestatesq3 imbriuz frigo
risq3 iniurias vitāt. Dicta aūt tabernacla q
cortinę distētę funib⁹ tabul interstātib⁹ ap
penderent quę tētoria sustinerēt. Tētoriuz
vocatū eo q tendat funib⁹ atq3 palis: vn̄ ꝛ
hodie p̄tēdere dicūt. Papiliones vocant a
similitudine paruuli aīal volātis:qd maxime abūdat florē
tib⁹ maluis. Hę sūt auiculę quę lnie accēso ɔueniūt: ꝛ circa
volitātes ab igne pxime interire coguntur.

De sepulchris. Cap. XI.

Epulchrū a sepulto dcm̄. Pri⁹ aūt qsq3 in do
mo sua sepeliebat. Postea vetitū ē legibus
ne fetore ipso corpora viuētiū ɔtacta infice
rēt. Monumētū iō nūcupat eo q mētem
moneat ad defūcti memoriā. Cū.n.nō vide
ris monumētū obliuisceris mortuū:hoc est
illud qd scriptū ē. Excidi tāq̄3 mortu⁹ a cor
de. Cū aūt videris:monet mentē ꝛ ad memoriā te reducit:
vt mōtuū recorderis. Monumēta itaq3 ꝛ memorię p mē
tis admonitōe dictę. Tumulus dict⁹ q̄si tumēs tellus. Sar
cophagus grecū nomē ē eo q ibi corpa assumāt. σαρξ eni
grece caro. φαγειν comedere dr. Mausolea sūt sepulchra
seu monumēta regū a mausoleo rege egyptioꝝ dcā. Nā eo
defūcto vxor ei⁹ mirę magnitudis ꝛ pulchritudīs extruxit
sepulchrū:i tātū vt vsq3 hodie oia monumēta p̄ciosa ex no
mine ei⁹ mausolea nūcupāt. Pyramides ē gen⁹ sepulchro
rū q̄dratū ꝛ fastigiatū vltra oēz celsitudinē:q̄ fieri māu pos
sit: vn̄ ꝛ mēsurā vmbraꝝ egressę nullā hr̄e vmbrā dr̄r. Ta
li āt edificio surgūt: vt a lato icipiāt ꝛ i angusto finiāt: sicut
ignis. Pyr.n.dr ignis:has egypt⁹ h3. Apud maiores.n.potē
tes aut sub mōtib⁹ aut i mōtib⁹ sepeliebāt. Inde tractū est
vt sup cadauera aut pyramides fierēt:aut ingentes colūnę
collocarēt.

De edificijs rusticis. Cap. XII.

Asa ē agreste habitaculū pal atq3 virgultis
arūdinibusq3 ɔtextū qb⁹ possint hoies tue
ri a vi frigoris vl caloris iiuria. Tuguriū ca
sula ē quā faciūt sibi custodes vineaꝝ ad te
gimē sui:q̄si teguriū:siue pp ardorē sol ꝛ ra
dios declinādos:siue vt idē vl hoies vl be
stiolas q̄ isidiari solēt natis frugib⁹ abigāt.
Hāc rustici capānā vocāt:q vnū tm̄ capiat. Tescua qdaz
putāt eē tuguria:qdā loca p̄rupta ꝛ aspa. Magalia edificia
numidaꝝ agrestiū:oblōga i curuis laterib⁹ tecta: q̄si nauiū
carinę sint:siue rotūda i modū furnoꝝ. Et magalia dcā q̄si
magaria:q2 magar punici nouā villā dicūt: vna lr̄a ɔmuta
ta l.p r.magaria teguria.

De agris. Cap. XIII.

Ger latie appellari dr eo q i eo agat aliqd. Alij
agꝝ ex greco noiari māifesti⁹ credūt: vn̄ ꝛ villa
grece coragros dr. Uilla a vallo.i.aggere terrę
nūcupata qd p limite ɔstitui sol3. Possessiōes st
agri late patētes publici p̄uatiq3 quos initio nō
mācipatōe:sed qsq3 vt potuit occupauit atq3 possedit: vn̄ ꝛ
nūcupati. Fūdus dict⁹ q eo fundat vl stabiliat patrimo

nium. Fundus aũt ⁊ vrbanũ ędificiũ ⁊ rusticũ itelligẽdũ ẽ. Predium dcm̃ ꝙ ex oib⁹ p̃rifamilias maxie ꝓuidet̃.i.appet: q̃si ꝓuidiũ: vł ꝙ antiq agros quos bello cepant vt p̃de noie hẽbãt. Ois aũt ager vt varro docet q̃drifari⁹ diuidit̃. Aut eni aruus ẽ ager.i.satiõalis: aut ↄsit⁹.i.apt⁹ arborib⁹: aut pascuus q herbis tm̃ ⁊ aialib⁹ vacat: aut flore⁹: qḋ sũt orti apibus ↄgruẽtes ⁊ floribus: qḋ ẽt Uirgili⁹ i q̃ttuor libris georgicoꝝ secutus ẽ. Rura veteres icultos agros dicebant.i.siluas ⁊ pascua: agrũ vo q colebat̃. Naz rus ẽ quo mel: q̃ lac: q̃ pecus hr̃i pt: vñ ⁊ rustic⁹ noiat̃. Hec agrestiũ p̄ma ⁊ ociosa fęlicitas. Seges ager ẽ i quo serit̃: vñ ⁊ Uirgili⁹. Illa seges demũ votis respodit auari agricolę. Cõpascuus ager dict⁹ q2 diuisoribus agroꝝ relict⁹ ẽ: ad pascẽdũ cõiter vicinis. Alluuius ager ẽ quẽ paulatiz fluui⁹ i agruz reddit. Arcifinius ager dictus ẽ: q2 certis lineaꝝ mẽsuris nõ ↄtinet̃: sz arcẽt fines ei⁹ obiectu fluminũ mõtiũ: arboꝝ: vñ ⁊ i his agris nihil subseciuoꝝ iteruenit. Nouał ager ẽ p̄mũ ꝓscissus: siue q2 alternis ãnis vacat nouãdaꝝ sibi viriũ cã. Noualia.n.semel cũ fructu erũt: ⁊ semel vacua. Sq̃lidus ager q̃si excolidus: ꝙ iam a cultura exierit: sic exconsul ꝙ a ↄsulatu discesserit. Uliginosus ager ẽ semꝑ vuidus. Nã vuidus dr̃ q aliq̃n siccat̃. Uligo.n.hũor terrę ẽ nãlis ab ea nũq̃z recedẽs. Subseciua sũt ꝓpe q̃ sutor de mã p̃cidẽs q̃si supuacua abijcit. Inde ⁊ subseciui agri quos i ꝑtica diuisos recusant q̃si steriles vł palustres. Itẽ subsecina q̃ i diuisura agri nõ efficiũt cẽturiã.i.iugera.c c. Area dr̃ tabulaꝝ ęq̃litas. Dcã ãt area a planitie atq̃z ęq̃litate: vñ ⁊ ara. Alij areã vocatã dicũt ꝙ ꝑ triturãdis frugib⁹ eradat̃: vł ꝙ ñ triturẽt̃ i ea nisi arida. Pratũ ẽ cui⁹ fęni copia arrita tuẽt̃: cui veteres romãi nomẽ indiderũt: ab eo ꝙ ꝓtin⁹ sit paratũ: nec magnuz laborẽ culturę desideret. Prata ãt sunt q̃ secari p̃nt. Paludes dictę a pale pastorali dea ꝙ paleas.i.pabula nutriant iumentoꝝ.

¶ De finibus agroꝝ. Cap. XIIII.

Fines dicti eo ꝙ agri funculis sint diuisi. Mẽsuraꝝ.n.lineę i terraꝝ partitiõe tẽdũt̃ vt dimensionis ęq̃litas teneat̃. Limites appellati ãtiq̃ vbo trãsuersi. Naz trãsuersa oĩa antiq lima dicebãt: a quo ⁊ limis ostioꝝ ꝑ q̃ foras ⁊ itro itur: ⁊ limites ꝙ ꝑ eos i agros foras eat̃. Hic ⁊ limus vocabulũ accepit cingulũ quo hui publici cingebãt̃ obliq̃ purpura. Termini dicti ꝙ terrę mẽsuras distiguũt̃ atq̃z declarãt. His.n.testimõia finiũ itelligũtur: ⁊ agroꝝ ↄtentio ⁊ certamẽ aufert̃. Limites maximi in agris duo sũt: cardo ⁊ decuman⁹. Cardo q a septẽtriõe direct⁹ a cardine cęli ẽ. Nã sine dubio cęlũ vertit̃ i septentriõali orbe. Decuman⁹ ẽ q ab oriẽte i occidẽtẽ ꝑ trãsuersuz dirigit̃: q ꝑ eo ꝙ formã.x.faciat dcuman⁹ ẽ appellat⁹. Ager.n. bis diuisus figurã denarij nũeri efficit. Arca ab arcẽdo vocata. Fines.n.agri custodit eosq̃z adire ꝓhibz. Trifiniuz dictũ eo ꝙ triũ possessionũ fines astringit. Hic ⁊ q̃drifinium ꝙ quattuor. Reliqui limites angustiores ⁊ inter se distant imparib⁹ interuallis ⁊ nominibus designatis.

¶ De mensuris agroꝝ. Cap. XV.

Mensura ẽ qcq̇d põdere capacitate: lõgitudine: altitudine: latitudine: aioq̃z finit̃. Maiores itaq̃z orbẽ i ꝑtibus: ꝑtes i ꝓuicias: ꝓuincias i regiõib⁹: regiões in locis: loca i territorija: territoria in agris: agros i cẽturijs: cẽturias i iugeribus: iugera i climatib⁹: deĩde climata i act⁹: ꝑticas: passus: gradus: cubitos: pedes: palmos: vncias ⁊ digitos diserũt. Tãta.n. fuit eoꝝ solertia. Digitus ẽ pars minima agrestiũ mẽsuraꝝ. Inde vncia hñs digitos tres. Palmus ãt q̃ttuor digitos hz: pes sedecim digitos: passus pedes qnq̃z: ꝑtica passus duos.i.pedes.x. Pertica aũt a portãdo dicta: q̃si portica. Oẽs aũt p̃cedẽtes mẽsurę in corpore sũt: vt palmus: pes: passus: ⁊ reliq̃: sola ꝑtica portatur,

Est enim decem pedum instar calami in ezechiele templã mensurantis ita.



Actus minimus est latitudine pedũ.iiij. longitudine.c.xl.ita



Climata quoq̃z vndiq̃z versum habẽt pedes.lx.ita



Actus quadratus vndiq̃z finitur pedibus c.xx.ita. Hunc bethyci arapennẽ dicunt: ab arando scilicet.



Actus duplicatus iugeꝝ facit ⁊ ab eo ꝙ ẽ iunctum iugeri nomẽ accepit.

brachtea ignescit. flāmasq̄ imitat̃: vñ ⁊ pyropuȝ dicit̃. Re
gulare ęs dicit̃: qd ab alijs ductile appellat̃: quale omne cy
priū est. Ductile aūt dicit̃ eo ꝙ malleo pducat̃: sicut cōtra
fusile qd tm̄ fundit̃. Nā ⁊ caldareuȝ qd tm̄ funditur. Naȝ
malleis fragile est. Siq̄dem omne ęs diligentius purgatis
igne vitijs excoctisq̄ regulare efficit̃. Cāpanū quoq̄ inter
oīa genera ęris vocat̃ a cāpania pruintia: q̄ est in italię par
tibus: vtensilib⁹ ⁊ vasis omnib⁹ probatissimū. Es oē frigo
re magno meli⁹ fundit̃. ęs rubiginē celeri⁹ trahit: nisi oleo
pungat̃: seruari aūt id optime etiā in liquida pice tradunt.
Inter oīa metalla: ęs vocalissimū est: ⁊ maximę potestatis:
ideo ⁊ ęnea liminia. vñ ⁊ Virg. In foribus cardo stridebat
ęneis. Origo ęris catmia ⁊ calciteus. Purgamēta ęris cat
mia: ⁊ origo ⁊ ęris flos. Catmia gignit̃ i metalloꝝ ęris atq̄
argēti fornacib⁹ insidēte nitore. Nāq̄ vt ipse lapis ex quo
fit ęs catmia vocat̃: sic rursus in fornacib⁹ existit: ⁊ noīs sui
origineȝ recipit. ęris flos fit seu gignit̃ cōflationib⁹ resolu
tis atq̄ reliquato ęre pfusa frigida aqua. Repētina eni dē
satiōe tanq̄ de suco reparat̃ flos. Eruginē ęs quoq̄ creat.
Naȝ laminę ęreę sup vas aceti asprimi sarmētis suppositę
atq̄ ita distillantibus quod ex eo cecidit in ipsum acetum
teritur ⁊ cribratur.

De ferro. Cap. XX.

Ferrum dictuȝ ꝙ farra id est semina fruguȝ
terrę cōdat. Idem ⁊ calybs: a calybe flumi
ne vbi ferruȝ optima acie temperatur. Vn
de ⁊ abusiue dicit̃ chalybs ipa materies vt
vulnificusq̄ chalybs. Ferri vsus post alia
metalla repertus est: cuius postea versa in
opprobrium species. Nā vnde prius tellus
tractabatur: inde modo cruor effunditur. Nulluȝ autē cor
pus tam densis inter se coherentibus ⁊ implicitis elemen
tis q̄ ferruȝ: vnde inest illi duritia cum frigore. Ferri autē
metalluȝ pene vbiq̄ reperitur: sed ex omnibus generibus
palma serico ferro datur. Seres eni hoc cuȝ vestibus suis
pellibusq̄ mittūt. Secūda parthico: neq̄ alia genera ferri
ex mera acie temperant̃. Cęteris enim admiscet̃ mollior
cōplexus. Differētia ferri plurima: iuxta terrę genus. Naȝ
aliud molle: plūboq̄ vicinū: rotaruȝ ⁊ clauoꝝ vsib⁹ aptuȝ.
Aliud fragile ⁊ ęrosuȝ culturę terrę cōueniens. Aliud sola
breuitate placet: clauisq̄ calligarijs. Aliud rubiginem cele
rius sentit. Stricturę vocantur hę oēs ꝙ nō in alijs metal
lis a stringēdo apte vocabulo imposito. Aquarū vero sum
ma differentia est: q̄bus ferruȝ candens imergitur quo vti
lior fiat: sicut birbilis in hispania ⁊ thiras sonacom⁹ in ita
lia: i acuēdo ferro oleo delectatior fit acies: vnde ⁊ tenuio
ra ferramēta oleo restingui mos est: ne aqua in fragilitatē
durentur. A ferro sanguis humanus sese vlciscit̃. Cōtactū
nanq̄ celerius rubiginē trahit. Cuȝ ferro magnes lapis cō
cordiam habet. Sola eniȝ hęc materia vim ab hoc lapide
accipit: retinetq̄ longo tēpore. Ex eodeȝ lapide architect⁹
q̄dā alexādrię tēplū ɔcamerauerat: vt in eo simulacrū fer
ro in aere pendere videret̃. Ferrum accensum igni nisi du
retur ictibus corrūpitur. Rubens nō est habile ad tunden
dum: neq̄ anteq̄ albescere incipiat. Aceto vel alumine il
litum ferrū fit ęris simile. Purgamenta ferri rubigo ⁊ sco
ria. Rubigo est vitiū rodens ferruȝ vel segetes: quasi rudi
go mutata vna littera: hęc ⁊ erugo ab erodendo. Nam eru
go vitium est ferri ab erodēdo dicta: nō ab ęramēto. Sco
ria vero purgamenta ⁊ sordes sunt q̄ igne excoquunt̃. Et
dicta scoria: quia de ferro excutitur. Rubigine autē caret
ferrum si cerusa ⁊ gypso ⁊ liquida pice perungitur. Iteȝ ru
bigo ferramentum non vitiat: si eadē medulla ceruina vel
cerusa mixta rosaceo vngatur.

De plumbo. Cap. XXI.

PLumbū dictuȝ: ꝙ ex eo primuȝ pilis factis maris altitudo tentata est. Huiꝰ vō genera sunt: nigrū ꝛ candidū: sed melius candidū. qđ prius in insulis atlantici maris inuentū est. Siquidē ꝛ in lusitania ꝛ in gallicia gignitur sumpta terra harenosa ꝛ coloris nigri ꝛ pōderis grauis: interueniūt ꝛ minuti calculi maxime de torrētibus siccatis: lauāt eas harenas: ꝛ quod subsidit coquūt in fornacibꝰ. Inueniunť ꝛ in aurarijs metallis aqua missa calculi nigri ꝛ graues: ꝛ duȝ aurū colligiť cū eo remanēt. postea separati cōflanť: ꝛ in plūbuȝ albū resoluūtur. Inde ꝛ eadē grauitas plūbi q̄ auri. Nigrū plūbū circa cantabriā abundat: cuius origo duplex est. Aut eni solū ex sua vena prodit: aut cū argēto nasciť: mixtisq̧ venis cōflať. Huius pmꝰ in fornacibꝰ liquor stannū est: secūdus argentū: qđ remanet supaddita vena rursusq̧ ꝯflata: fit nigrū plūbuȝ. India neq̧ plūbū neq̧ es hȝ gēmis tm̄ ꝛ margaritis hęc pmutat. Nigro plūbo fistulę laminisq̧ vtimur. Laboriosius in hispania ꝛ gallia eruitur plumbum. Nam in britannia sūmo terrę corio.

De stanno. Cap. XXII.

STanni etymologia αποχωριζων.id est separās diciť ꝛ secernēs. Mixta eni ꝛ adulterata iter se p ignē metalla dissociat: ꝛ ab auro ꝛ argēto es plūbūq̧ secernit: alia q̄ȝ metalla ab igne dfendit: ꝛ cū sit nā eris ferriq̧ durissima: si absq̧ stanno fuerit vriť ꝛ crematur. Stannū illituȝ ereis vasis saporē facit gratiorē: ꝛ cōpescit virus eruginis. Specula etiaȝ ex eo tēperanť. Cerusa quoq̧ ex eo sicut ex plumbo conficitur.

De electro Cap. XXIII.

ELectrū vocatū ꝙ ad radiū solis clarius auro argentoq̧ reluceat. Sol eni a poetis electron vocať. Defecatius est.n. hoc metallū oibus metallis. Huius tria genera. Unum qđ ex pini arboribus fluit qđ sucinū diciť. Alterū metallū qđ nāliter inuenitur: ꝛ in p̄cio habeť. Tertiū ꝙ fit de tribus partibꝰ auri ꝛ argēti vna. Quas partes etiā si naturale soluas iuenies. Unde ꝛ nihil itereſt: natū sit an factū: vtrūq̧ eni eiusdē nāe est. Electrū qđ est naturale eiusmodi nāe est: vt in cōuiuio ꝛ ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat ꝛ venenū pdat. Naȝ si ei infundas venenū stridorē edit ꝛ colores varios in moduȝ arcus celestis emittit.

De ponderibus. Cap. XXIIII.

POnderū ac mensurarū iuuat cognoscere modū. Nā oia corporalia sicut scriptū est a sūmis vsq̧ ad ima in mēsura ꝛ numero ꝛ pōdere disposita sunt atq̧ formata. Cūctis corporeis rebꝰ pōdus natura dedit: suū quodq̧ regit oia pondus. Primus moyses in heremo filijs isrľ pōdera ꝛ mensura dedit. Primus sidon argiuus pōderū rōnē in grecia cōstituit: ꝛ lȝ alij antiquiores extiterint: ſȝ iste hac arte expientior fuit. Pōdus dictū eo ꝙ in statera librarū pēdeat: hinc ꝛ pēsuȝ. Abusiue aūt pondus: libra vna est. Unī etiā dipondiū dictuȝ est q̄si duo pōdera: qđ nomē adhuc in vsu retineť. Trutina est gemina pōderū lances equali examine pēdēs facta pper talēta ꝛ cētenaria appēdēda sicut momētana p parua modicaq̧ pecunia. Et hęc moneta vocata. Eadē ꝛ statera nomen ex numero habēs ꝙ duabus lācibus ꝛ vno in medio stilo librata equaliter stet. Examē est filū mediū: quo trutine statera regiť: ꝛ lances equanť. Unī ꝛ in lāceis amētuȝ diciť. Cāpana a regiōe italię nomē accepit: vbi pmū eiꝰ vsus reptus est. Hęc duas lāces nō hȝ: ſȝ vga est signata libris ꝛ vncijs ꝛ vago pōdere mēsurata. Unicuiq̧ aūt pōderi certus ē modus noibus pprijs designatꝰ. Calcus minima ps pōderis q̄rta pars oboli est: cōstans lentis geminis granis. Appellať aūt calcus: ꝙ sit partulus sicut ꝛ lapis calculus: qui adeo minimꝰ est: vt sine molestia sui calceť. Siliqua vicesimaq̄rta pars solidi est: ab arboris semine vocabulū tenens. Cerates oboli pars media est habēs silicā vnā semis. Hūc latinitas semi obolū vocat. Cerates autē grece latine siliq̄ cornuū interpretať. Obolus: siliqs tribꝰ appenditur: habēs cerates duos: calcos q̄ttuor. Fiebat eni olim ex ere ad instar sagitte: vnī ꝛ nomē a grecis accepit: hoc est sagitta. Scrupulus sex siliquarū pōdere cōstat. Hic apud grecos grāma vocať. Scrupulus autē dictꝰ p diminutionē a lapillo breui qui scrupus vocať. Drachma octaua pars vncię ē: ꝛ denarij pōdus argēti tribus ꝯstās scrupulis.i. xviij. siliqs. Denarius aūt dictus: q2 p decē nūmis iputať. Solidus nūcupať: q2 nihil illi deesse videť. Solidū.n. antiqui itegruȝ dicebāt ꝛ totū: Ipse quoq̧ numisma vocať: pro eo ꝙ nominibꝰ pncipū effigiebusq̧ signeť. Ab initio vero vnū numisma vnꝰ argēteus erat. Hoc eni ab assyrijs cepit. Dicūt eniȝ iudei ꝙ abrahaȝ in terrā chanaan pmus hāc aduexerit formam. Solidus apud latinos alio noīe sextula dř: ꝙ de his sex vncia cōpleať. Hūc vt diximꝰ vulgus aureū solidū vocat: cuiꝰ tertiā partē iō dixerūt tremisseȝ: eo ꝙ solidū faciat ter missus. Sextula bis assumpta duellam facit: ter posita staterē reddit. Stater aūt medietas vncię est: appēdēs aureos tres: vnī ꝛ vocať statēr ꝙ tribꝰ solidis stet. Hic ꝛ semiūcia q2 semis hȝ de vncia. Hic ꝛ semissis: q2 pōderis semis ē quasi semi assis. Quadrāteȝ hebrei similiter q̄rātē vocāt: ꝛ vocať quadrās: ꝙ vncię quartā partē appendat. Sicel q latino sermone siclus corrupte appellať: hebreū nomē est: habēs apud eos vncię pondus. Apud latinos aūt ꝛ grecos quarta pars vncię est: ꝛ stateris medietas: drachmas appēdens duas. Unde cū in litteris diuinis legiť siclus: vncia ē: cū vero in gentilium: quarta pars vncię est. Uncia dicta ꝙ vniuersitatem minorum ponderum sua vnitate vinciat.i. cōplectať. Cōstat aūt drachmis. viij.id est scrupulis. xxiiij. Quod proinde legittimū pondus habeť: q2 numerus scrupulorum eius horas diei nocctisq̧ metiť: vľ q2 librā efficit duodecies cōputatus. Libra. xij. vncijs perficitur: ꝛ inde habetur perfecti ponderis genus: q2 tot cōstat vncijs: quot mēsibus annus. Dicta autē libra ꝙ sit libera ꝛ cūcta intra se pōdera pdicta ꝯcludat. Mna in pōderibus centū drachmis appendiť: ꝛ est nomē grecū. Talentū aūt sūmū esse pōdus perhibeť in grecis. Nam nihil est calco minus nihil talento maiꝰ. Cuiꝰ variū apud diuersas gētes pōdus habeť. Apud romanos eni talētū ē septuagintaduarū librarū: sic Plautus ostēdit q ait duo talēta esse. c. xliiij. libras. Est autē triplex.i. minus: mediū: sūmū. minus. l. mediū. lxxij. libraruȝ. sūmū. c. xx. constat. Centenarium numeri nomen est eo ꝙ centū librarū pōderis sit. Qđ pōdus pper pfectionē cētenarij numeri instituerunt romani.

De mensuris. Cap. XXV.

MEnsura est res aliqua modo suo vel tēpore circūscripta. Hęc aūt corporis est aut tēporis. Corporis est vt hominū: lignorum ꝛ colūnarū longitudo vel breuitas. Sed ꝛ solē istū ppriā sui orbis hře mensuraȝ qđ geometrici pscrutari audēt. Tēporis vt mēsura horarū ꝛ dierū ꝛ annorum. Unī ꝛ metiri pedes horarū dicimus: hoc est mēsurare. Proprie aūt mēsura vocata: ꝙ ea fruges metiunť atq̧ frumentū.i. humida ꝛ sicca vt modios: arr aboēs: vrnas: ꝛ amphoras. Mēsurarum pars minima cochlear qđ est dimidia pars drachmę: appēdens siliquas. ix. Qui triplicatꝰ ꝯculā fač. Cōcula drachma vna ꝛ dimidia adimpleť. Cyathi pōdus. x. drachmis appendiť: qui etiā a qbusdā causatꝰ dř. Oxifalus fit: si qnq̧ drachmę addunť ad. x. Acitabulus q̄rta ps eminę est. xij. drachmas appendens. Cotula emina est habens cyathos. vi. quę iccirco cotula vocať: q2 greco sermone cotę incisio diciť: ꝛ emina sextarij in duo equa incidiť ꝛ cotulā facit. Emina auteȝ appendit librā vnā: quę geminata sextariū facit. Sextariꝰ duarū librarū est qui bis assūptus bilibris noiatur: assūptꝰ quater fit greco noie chenix. Quinquies cōplicatus: quinarem: siue gomor facit. Adijce sextum cōgiū reddit. Nā congius. vi. metitur sextarijs a quo ꝛ sextarij nomen dederūt. Congiū autē a congiendo.i. per augmentū crescendo vocatur. Unde postea pecunia beneficij gratia dari cepta cōgiarium appellatū est. Unusquisq̧ enim sui temporis imperator fauorem populi captans adijciebat vt largior videreť in donis. Congiarium aūt specialiter mensura est liquidorum: cuius ꝛ rem simul ꝛ nomen a romanis impositu iuenimus. Metreta est mensura liquidorum. Hęc a mensura accepit nomen. Metron enim mēsurā dicunt greci: ꝛ inde appellata metreta: lȝ ꝛ vrna ꝛ amphora: ꝛ reliqua huiusmodi noia mensurarū sint: tamē ista hoc nomē a denarij numeri perfectione accepit. Metrū ad omnē mensurā pertinet. Metron enim grece: latine mensura dicitur. Nā ꝛ cyathū mensura est: ꝛ amphora mēsura est: ꝛ qcquid plus minusue capit mensura est. Sȝ iō hoc nomē specialiter sibi assūpsit: ꝙ sit mēsura pfecti numeri.i. denarij. Modius dictꝰ ab eo ꝙ sit suo mō pfectus. Est autē mēsura libraruȝ. xliiij. id est sextariorum. xxij. Cuius numeri causa inde tracta est: eo ꝙ in principio deus. xxij. opera fecerit. Nam prima die septem opera fecit: id est materiā informē: angelos: lucem: celos superiores: terrā: aquā atq̧ aerem. Secūda die firmamentū soluȝ. Tertia die quattuor maria: semina: sationes atq̧ plantaria. Quarta die tria: solē: ꝛ lunā: ꝛ stellas. Quinta die tria: pisces ꝛ reptilia aquarū: ꝛ volatilia. Sexta die q̄ttuor: bestias: pecudes: reptilia terrę: ꝛ hominē. Et facta sunt oia xxij. genera in diebꝰ sex. Et. xxij. generationes sunt ab adam vsq̧ ad iacob: ex cuius semine nasciť ois gēs isrľ. Et. xxij. libri veteris testamēti vsq̧ ad hester. ꝛ. xxij. litterarū elemēta sunt qbus cōstat diuinę legis doctrina. His igiť exēplis modius. xxij. sextariorum a moyse fm sacrę legis mensuram effectus est. Et q̄uis diuersę gētes huic mensurę pōdus vľ adijciant ignoranter vel detrahant apud hebreos cōstitutione diuina tali ratione seruatur. Modius eni a modo dictus. Hinc ꝛ modica.i. moderata. Modicis eni modiꝰ nomen imposuit. Naȝ modica pro paruis abusiue nō proprie dicimus. Satū genus est mēsurę iuxta morē puintię palestinę: vnū ꝛ dimidiū modiū capiēs. Cuiꝰ nomen ex hebreo sermone tractū est. Satuȝ.n. apud eos noiať sumptio siue leuatio: eo ꝙ qui metiť eandē mēsurā sumat ac leuet. Est ꝛ aliud satū mēsura sextariorum. xxij. capax quasi modius. Batus vocať hebraica lingua ab olearia mola quę bath apud eos vel bata noiať: capiēs qnquaginta sextaria: quę mēsura vna molę vice pteriť. Amphora vocata ꝙ hinc ꝛ inde leuetur. Hęc grece a figura sui dicta diciť: ꝙ eius anse geminę videanť aures imitari. Recipit aūt vini vel aquę pedē quadratū: frumēti vero modios italicos. Cadus greca amphora est cōtinēs vrnas tres. Urna mēsura est: quā quidā quartariū dicūt. Proprie aūt vrna vas est qđ pro cōdēdis defunctorum cineribꝰ adhiberi solet: de quo poeta: Celo tegitur: qui nō hȝ vrnā. Medimna est mensura quinq̧ modiorum. Medimna autē latina lingua vocatur: id est dimidia eo ꝙ quinq̧ modijs metiatur qui est dimidius numerus a perfecto denario. Artabo mensura est apud egyptios sextariorum. lxxij. composita ex numero pper. lxxij. gentes vľ linguas: quę orbem impleuerunt. Homor. xv. modiorum onꝰ appēdit. Corus. xxx. modijs impletur. Hic ex hebraico sermone descendit: qui vocatur cora a similitudine collis. Coria eni hebraice colles appellanť. Coaceruati enim modij. xxx. instar iollis videntur: ꝛ onus cameli efficiunt.

De signis. Cap. XXVI.

POnderis signa plerisq̧ ignota sunt ꝛ inde errorem legentibus faciunt. Quapropter formas eorum ꝛ characteres ita vt a veteribꝰ signata sūt subijciamus.

Z Littera significat dimidium obolum.

— Uirgula equaliter iacens ꝛ porrecta simpliciter significat obolum.

⊢⊣ Geminata virgula duo oboli sunt.

T Latinum signifnificat obolos tres.

F Latinum significat obolos quattuor.

E Latinum demōstrat obolos. v. Oboli vō sex p pterea characterē ñ hñt: eo ꝙ in vna drachma sex veniāt: qđ est pōdus denarij argentei.

H Littera significat siliquas. viij. id est tremisseȝ.

N Latinū significat numisma grecuȝ: id est solidū.

IB Iota adiuncta beta significat dimidiū soliduȝ.

< Uirgulę duę ex vno angulo a leua in dextraȝ se diuidētes: significant drachmam quam etiam olcem appellant.

NΓ N latinum adiuncto gamma greco: significat semiunciam.

ΓO Gāmę anteȝ grecę litterę o latinū in fine adiunctum significat vnciam.

ΛI Lauda grecum: per medium sui i latinum adiūctum significat libram.

KU kappa grecū circa finē cornuū adiuncto υ greco significat cyathum.

KO Si vero o latinū habuerit adiūctum: eminā demōstrat quā greci cotylem vocant.

ΞE Xi grecum si acceperit iunctum e latinuȝ significat sextarium.

ΞO Si o latinū adiunctū habuerit: indicat acitabulum: quod greci oxiphalon vocant.

N ω ω grecū superposito n latino significat mna.

AΛ A latinū in fine habens lauda grecuȝ significat talentum.

A° Alpha grecū in dextro brachio superiori o littera coniuncta chenix est.

Incipit liber decimusseptimus:

De auctoribus rerum rusticarum. Cap. I.

(R)Erum rusticarum scribēdi solertiaꝫ apd grecos primus Hesiodus Boetius humanis studijs cōtulit. Deinde Democritus magnus quoqꝫ carthaginēsis i.xxviij. volumib⁹ studiū agriculationis conscripsit. Apud romāos aūt de agricultura prim⁹ Cato instituit: quam deinde marcus terēti⁹ expoliuit: mox Uirgilius laude carminū extulit. Nec minus studiū habuerunt postmodū Cornelius celsus ⁊ Julius acticus. emilianus siue columella insignis arator: qui totū corpus eiusdē discipline cōplexus est. Primū ad aratrū boues iunxisse ferunt quēdā puatū hoiez ⁊ fulminatū noīe homogyrū. Quidam aūt osirim dicūt eē artis huius inuētorē: qdam triptolemon. Et hic qstio est quō pma ceres ferro in grecia vertere terrā instituit: sed ferro qualicūqꝫ nō spāliter vomere aut aratro. Stercorādi agri rōnez pm⁹ induxit qdā noīe stercutus in italia: cui⁹ ara apico dedicata est rome. Hic plura instrumēta agriculture repperit: pmusqꝫ agros firmauit. Eūdem quidam saturnum putauerūt vt maiorē illi nobilitatem facerent hoc nomine: quo splēdide sonaret ⁊ dignitatē tituli cōpararet.

De cultura agrorum. Cap. II.

(C)Ultura est qua frumēta vł vina magno labore querunt̃: ab incolēdo vocata. Diuitie aūt antiqrum in his duob⁹ erāt: bene pascere ⁊ bene arare. Cultura agri cinis: aratio: itermissio: incēsio stipularū: stercoratio: occatio: runcatio. Cinis est incēdiū p qō ager inutilē humorē exsudat. Aratio dicta: qa de ere pus terre culturam exercebant: anteqꝫ ferri fuisset vsus repert⁹. Duplex est autē aratio: vernalis ⁊ autūnalis. Intermissio est: qua alternis annis vacuus ager vires recipit. Stercoratio est letaminis aspersio. Stercus aūt vocatuꝫ vł qꝛ sternit̃ in agris: vel extergi oporteat quicqd sordidum in ciuitate redūdat: siue qō veri⁹ est ad stercen q ⁊ stercutus dict⁹. Idē ⁊ fimus ē: qui per agros iacit̃. Et dictus fimus q fiat im⁹. i. stercus: q vulgo letamē vocatur eo q suo nutrimēto leta faciat germia. reddatqꝫ pigua arua ⁊ fecunda. Occatio est cū rustici satione facta bobus dimissis grandes glebas cedūt: ⁊ ligonib⁹ frangūt: ⁊ dicta occatio: qsi obcecatio: q operiat semia. Occare igit̃ est opire terraꝫ semina: vites ⁊ arbores. Runcatio est a terra herbas euellere. Nā rus terra est. Sulcus a sole vocat⁹: q pscissus solez capiat. Ueractū dicit̃: qsi vere actū. i. verno aratū. Proscissio est aratio pma cū adhuc durus ē ager. Satio dicta est: quasi seminis actio: vł quasi satoꝝ actio: serere aūt vocatuꝫ qa hoc sereno celo faciēdū est: nō p imbres. Hinc ē ⁊ illud virgilianum. Nudus ara: sere nudus. Messis a metēdo: id est a recidendo dicta. Seges autez de semine dicta q iacim⁹ siue a sectione.

De frumētis. Cap. III.

(P)Rima ceres cepit vti frugib⁹ in grecia ⁊ habere segetes trāslatis aliūde seminib⁹. Huius meminit Ouidius dicēs. Prima ceres vnco glebaꝫ dimouit aratro. Prima dedit fruges: alimentaqꝫ initia terris. Frumēta sunt pprie que aristas habent: fruges aūt reliqua. Frumēta aūt vł fruges a frumendo hoc est a vescēdo dicta. Nā frumen dicit̃ summa pars gule. Primitie pprie sunt que de frugib⁹ precerpunt̃. Triticū vel a tritura dictū: q purissimū horreo cōdatur: vł qꝛ granū eius cōmolit̃ ⁊ terit̃. Far dicit̃ eo q initio frāgeret̃. Apud antiqs eni molarū vsus nōdū erat: sꝫ frumētū i pila missuꝫ frāgebāt: ⁊ h erat gen⁹ molēdi. Adoreū tritici gen⁹: qō idē vulgo semē dicit̃. Edor quondā appellatū ab edendo: qꝛ pmo eo vsi sunt hoies: siue qꝛ in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebat̃. Uñ adorea sacrificia dicunt̃. Siligo genus tritici: a selecto dictū. Nā in pane species ei⁹ precipua ē. Trimēse triticū ideo nūcupatuꝫ: quia satū post tres mēses colligit̃. Nā vbi pter aquā aliāue causam matura satio omissa est: psidiū ab hoc petit̃. Alica grecū nomē est. Alicastrum simile est alice pōdere ⁊ bonitate precipua. Ordeū dictū q preceteris generib⁹ frumēti ariduꝫ ante siat: vel q spica eius ordines habeat. Hoꝝ tria genera. Primuꝫ hexaticū vocat̃: eo q spica eius sex ordies habeat: qō quidā canterinū appellāt: qm aialia meli⁹ qꝫ triticū palcit: ⁊ hoies salubri⁹ qꝫ malū triticū. Alterū disticū: eo q duos ordines habeat: hoc plerisqꝫ calaticū vocāt. Tertiū trimense. qꝛ duꝫ cogit necessitas verno seminat̃ ⁊ celeriter colligitur. Scādula a diuisione vocata. Duplex eni est: scandit̃. i. diuidit̃. Centenū appellatū: eo q in plerisqꝫ locis iactis seminis ei⁹ incremētū frugib⁹ centesimū renascat̃. Hinc et miliū a multitudine fructus vocatū. Panitiū dictuꝫ: q in multis regionib⁹ ex eo panis vice hoies sustentent̃: qsi panis vitū. Pistū a pasto. Sisamū grecū nomē est. Farrago a farre dicta. Est eni herba ordeacea adhuc viridis: nec dū granis ad maturitatē turgētib⁹. Spicā de maturis frugib⁹ abusiue dicim⁹. Nā pprie spica est: cū p culmi folliculū. i. extremū tumorē ariste adhuc tenues in modū spiculi eminent. Arista appellata: q prius ipsa arescat. Culmus est ipe calamus spice qui a radicib⁹ nascit̃. Et dictus culm⁹ qsi calamus. Folliculus est theca frumēti: in qua granuꝫ seruat̃ interius. Hec sup spicā vallo instructa: munimē pretendit. ne auiū minoꝝ morsib⁹ spica suis fructib⁹ exuat̃: aut vestigijs pterat̃. Stipule sunt folia seu vagine qbus culm⁹ ambitur atqꝫ fulcit̃: ne pōdere frugis curuet̃: que ambiūt culmū. Et dicta stipula qsi vsta ⁊ quasi vstipula: stipula dicta ab vsto collecta eni messe vrit̃ pter culturā agri. Iteꝫ stipula: vł qꝛ pars eius vrit̃: pars interdū pro palea precidit̃: Palea a qbusdā vocari dr̃: q pala vētilet̃: vt frumēta purgent̃. Hētiles aūt paleā a quadā pale frugum inuētrice vocauerūt: quā cererē esse volūt: de qua Uirg. Te quoqꝫ magna pales: ⁊ te memorāda canem⁹. Itē alij a pabulo nūcupatā dicūt paleā q ea primū sola in pascēdis aialibus prebebat̃. Cuius nā ex ɔ̄rio tāto est frigida: vt obrutas niues fluere ñ sinat: adeo calida: vt maturescere poma cōpellat.

De leguminibus. Cap. IIII.

(L)Egumina a legēdo dicta: quasi electa. Ueteres eni meliora queqꝫ legebāt: siue q manu legant̃: nec sectionē regrāt. Leguminuꝫ plurima gnā: ex qb⁹ faba: lens: pisa: faseluꝫ: cicer: lupinū: gratiora in vsu hoiuꝫ vident̃. Faba greca etymologia a vescēdo vocabuluꝫ sūpsit: qsi faga. Fage eni grece comedere dr̃. Primū. n. hoies h legumie vsi sūt. Hui⁹ spēs due: qꝛ altera cōis: altera egyptia. Faba fresa dicta eo q eaꝫ hoies frendāt. i. frāgāt: ⁊ molēdo cōminuāt. Lens vocata: q humida ⁊ lēta est: vł q adhereat humi. Faselū aūt ⁊ cicer greca noia sūt: sꝫ faselū vile gen⁹ leguminis: qꝛ oē abūdās vile ē: hoc āt semē abūdās iuenit̃. Lupinū grecū ⁊ ipsuꝫ nomē est: de quo Uirg. Tristesqꝫ lupini: qꝛ vultuꝫ gustātis amaritudine ɔtristāt: vñ ⁊ illud pre amaritudine nec vermis nec vllū aial comedit. Medica: vitia: erbum pabuloꝝ optima sūt. Medica dicta qꝛ a medis trāslata ē in greciā: tpe q eā xerxes rex psarū iuasit. Hec semel serit̃: ⁊ decē annis pmanet ita vt qter vł sexies possit per annū recidi. Uitia dicta q vix ad triplicē pueniat fructū cū alia legumina puentū habeāt fertilē: vñ ⁊ Uirg. Ut tenuis fetus vitie. Pisa q ea pensabat̃ aliqd auri minutū. Nā pis aurū dicit̃. Erbū a greco trahit vocabulū. Hoc eni illi orabū dicūt: qō dū sit qbusdam pecorib⁹ infestū tauros tamen pingues efficit.

De vitibus. Cap. V.

(V)Itis plantationē pmus noe instituit rudi adhuc seculo. Apud grecos aūt iuētorē vitis liberū patrē appellari. Uñ ⁊ eū gētiles post mortē deū voluerūt. Uitis dicta: q vim habeat citi⁹ radicādi. Alij putāt vites dictas: q iuicē se vittis inectāt. vicinisqꝫ arborib⁹ reptādo religent̃. Est. n. earū nā flexibilis: qꝛ quasi brachijs qbusdā qcqd cōprehēderint stringūt. Labrusca ē vitis agrestis: q in terre marginib⁹ nascit̃. Uñ ⁊ labrusca dicta a labris ⁊ extremitatib⁹ terre. Codex dict⁹ qsi caudex. sic eni veteres ⁊ clodū p claudo dicebāt. Sarmētū a serēdo. Malleolus ē nouellus palmes: innat⁹ poris anni flagello cognoiatusqꝫ ob silitudinē rei: q in ea pte qua decidit̃ ex veteri sarmēto pminēs vtrūqꝫ mallei speciem phbeat. Spadones sūt surculi fruge carentes: ex ipsa appellatiōe q sint ihabiles fructu ⁊ sterilitate affecti. Sagittam rustici vocāt nouissimā partē surculi: siue qꝛ lōgius recessit a matre ex qua pfilyt: seu qꝛ acuminis tenuitate teli speciē pfert. Sūmitates vitiū ⁊ fructicū flagella nuncupātur eo q flatu agitent̃. Palmes vitis mā mollis q p nouella brachia emissus fructū affert. Nā ideo rustici partē vitl palmitē dicūt. Palmes eni deriuatū nomē ē: quod nomē παραγωγον dr̃ q a palma deriuet̃. Palma. n. hꝫ nomē πρωτοτυπον qō dicit̃ pncipale ab eo q ex se deriuatiuū faciat. Pampinus est foliū cui⁹ subsidio vitis a frigore vł ardore defenditur: atqꝫ aduersuꝫ omnnē iniuriā munitur. Qui ideo alicubi intercisus est: vt ⁊ solem ad maturitatem fructus admittat ⁊ vmbraꝫ faciat. Et dictus pampinus q de palmite pendeat. Caprioli dicti q capiant arbores: sunt eni cincini siue vncinoli: qbus se innectere vites ⁊ suspēdere solēt arboribus: quo āminiculo freti palmites vētos ac turbines ɔtinere qant: ⁊ sine lapsu piculoꝝ fructus suos sustineāt: ac sese vaga pceritate diffundāt. Corymbi sūt ānuli q pxima queqꝫ ligāt ⁊ ɔprehēdūt ne lōgius laxati palmites vētoꝝ flatib⁹ dissipent̃. Une dicte q itrinsecus humore sint plene: sucíqꝫ ⁊ pinguedinis. Nā humidū ē qō exterius humorē hꝫ. Uuidū qō iterius. Acin⁹ botr⁹ ē. Racem⁹ ē botrionis pars: ⁊ botrio grecū ē. Suburbane vue quedā dicunt: qꝛ fruct⁹ earū ad escā veluti pomū in vrbib⁹ vendit̃. Cōmēdat eni eas ⁊ spēs ⁊ saporis iocūditas: ex qbus sūt: pcoque: duracine: purpuree: dactyli: rhodie: libyce: ceraunie: stephanire: tripediane: vnciarie: cidonite. Precoque vocate q cito maturescāt: ⁊ ante oēs sole coquant. Has greci lagos dicūt q currāt ad maturitatē velociter vt lepus. Durabiles āt p totā hyemē veniculę ⁊ numesianie. Purpuree a colore dicunt̃. Dactyli a lōgitudie. Rhodie ⁊ libyce a regionib⁹ nūcupate sunt. Ceraunie vo q rubeāt veluti ignis. Stephanite a rotūditate. Unciarie a magnitudie. Hnā auteꝫ vuarū q vino deseruiūt plurima. Ex qb⁹ aminea dicta: qsi sine minio. i. sine rubore. Albū eni vinū reddit: que cuꝫ sit vni⁹ nois non vnā spēm reddit. Aminee due gemine ab eo dicte q duplices vuas mittunt. Aminea lagana: qꝛ plus dibus lanescit lanugine. Rubiliana dicta: qꝛ ei⁹ mā rubet. Fecinia minuti acini ⁊ dure cutis vuas hꝫ: nobilitate amineā sequit̃: fecūditate precedit. Quā pinde feciniā vocāt. q plus qꝫ cetere feces afferat. Apiane vinū dulce faciūt: qs nisi cito legas: pluuijs ⁊ vētis ⁊ maxime apib⁹ infestant̃: qruꝫ depdatione apiane cognoīate sunt. Balanite: a magnitudine nomē sūpserūt. Balanis eni grece grāde vocat̃. Biturica: a regione nomē sortita ē: turbines ⁊ pluuias ⁊ calores fortissime sustinēs: nec in macra terra deficiēs: hui⁹ meriti ⁊ basilisca ē. Argitis grecula vitis: generis albi fertilis: vastā materiā ⁊ breuē ⁊ latū foliū mittēs: Cui⁹ fructū nisi pmo tpe colligas: aut ad terraꝫ decidit: aut humore putrescit. Inerticula nigra ē quā greci amaracion vocāt. boni vini ⁊ leuis: a quo etiā nomē traxit: q iners intendendis neruis habeat: qmuis gustu nō sit hebes. Marcotice a regiōe egypti marcotis dicte: vñ pus venerunt: sunt. n. albe ⁊ nigre. Elbole qs qdā varias appellant: neqꝫ purpuree: neqꝫ nigre ab elbo colore ita dicte: inhalbi tn̄ musti. Elbū est eni nigꝝ cādidūqꝫ colore. Nā elbū nec albū nec nigrū ē. Tertius locus vitiū quo sola fecūditate cōmendant̃ abūdātia copiosa: multūqꝫ vini fluēs. Uiticionia: vuas grandes magis qꝫ multas hꝫ: nomē aūt inde hoc sumēs q multuꝫ vini fluat. Syriaca vł qꝛ de syria allata vł qꝛ nigra ē. Mlta aūt genera vitiū sunt: q tn̄ mutatiōe loci ⁊ qlitatē ⁊ nomē amittūt. Uitib⁹ inter cetera magis ista ɔueniūt: oblaqatio: putatio: ppaginatio: fossio. Oblaqueare ē circa codicē terrā apire ⁊ velut lacus efficere. Hoc aliq excodicare appellant. Putare est virgā ex vite supuacuā resecare: cui⁹ flagellis luxuriant. Putare. n. dr̃ purgare. i. amputare. Traducere trāsducere. Propaginare vo flagellū vitis terre submersum sternere ⁊ qsi porro pāgere. Hinc ppagines ac ppagare ⁊ ptēdere dicunt̃. Fodere vo est foueā facere: quasi fouere.

De arboribus. Cap. VI.

(A)Rboꝝ nomē siue herbarū: ab aruis iflexū credit̃: eo q terris fixis radicib⁹ adherent. Utraqꝫ aūt iō sibi pene filia sunt: qꝛ ex vno alterū gignit̃. Nā duꝫ sementē in terrā ieceris: herba pus orit̃: dehinc cōfota surgit i arborē: ⁊ infra paruū tēpus: quā herbaꝫ videras: arbustam suspicis. Arbusta arbor nouella ⁊ tenera in q insertio fieri pōt. Et dicta arbusta: qsi arboris hasta. Alij arbustū locū in q arbores sunt volūt accipe: sicut salictuꝫ: sic ⁊ virecta vbi virgule nouelle ⁊ virētes sunt. Arbor autē et fructifera ⁊ sterilis: arbos aūt nō nisi fructifera. Henere āt feminino arbores dicim⁹: poma vo neutro. Frutex breuis est appellat⁹: q terraꝫ frōde tegat: cui⁹ plurale nomē frutecta: arbor alta est. Silua vo spissuꝫ nem⁹ ⁊ breue. Silua dicta qsi xiliua: q ibi ligna cedant̃. Nā greci xilon lignum dicūt. Mlta eni latina noia: grecā plerunqꝫ etymologiā recipiūt. Nem⁹ a numinib⁹ nūcupatū: qꝛ pagani ibi idola ɔstituebāt. Sūt. n. nemora arbores maiores vmbrose frōdib⁹. Lucus ē dēsitas arboꝝ solo lucē detrahēs: tropo antiphrasin: eo q nō luceat: siue a luce: q in eo lucebāt funalia vł cerei: pter nemoꝝ tenebras. Salt⁹ est dēsitas arboruꝫ altā vocata hoc noie: eo q exiliat in altū ⁊ in sublime cōsurgat. Auiaria secreta nemora: dicta q ea aues frequētant. Recidiua arborū sunt: que alijs sectis repullulāt. Alij recidiua a cedēdo dicūt: qꝛ post casuꝫ nascunt̃. Alij a recidendo ⁊ repullulādo dixerūt. Ergo recidiuū vbi mors aut casus. Insitio dicit̃ cū fisso trūco surculus fecūde arboris sterili inseritur: aut oculoꝝ iposītio cuꝫ inciso cortice libro aliene arboris germē imittit̃. Plāte sūt rapte de arboribus. Plātaria vero: q ex seminib⁹ nata sunt cū radicibus: ⁊ a terra ppria trāsferūtur. Cespites frutices sūt qsi cuspides vł qsi circa pedes. Frondes dicti q ferāt virgulta vł vmbras: sūt autē causa vmbrarū. Oculi nodi sunt ex qb⁹ frōdes exeūt. Radix appellat̃ q qsi radijs qbusdā fixa terris in pfunda dimergit̃. Nā physici dicūt parē esse altitudinē radicuꝫ ⁊ arborū. Alij radicē a similitudine radioꝝ dictā putāt: vł qasi eradat̃ non repullulat. Truncus est statura arboris insistens radici. Corticē veteres corucē vocabāt. Dictus autē cortex q corio lignū tegat. Liber ē corticis pars iterior: dictus a liberato cortice. i. ablato. Est. n. mediū qddā inter lignū ⁊ corticē. Rami sunt q de trūco manant: sicut a ramu

sculis cetera. Surculi a pcisione serre nuncupati. Uirgultū ē: qđ de radice pullulat. Ram⁹ qui de ipso robore arboris: virga que de ramis. Proprie autē virgultū appellatur qđ ad radicē arboris nascitur ꝛ quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictuz virgultū: q: ex virga tollit. Uirga autē a vi vł a virtute dicitur: ꝙ vim in se mltaz habeat: vł a viriditate: vł q: pacis indiciū est qđ vim regat. Unde hac vtunt magi ad placādos inter se serpētes: ꝛ iccirco ī ea hos sustinēt illigatos. Hac etiā philosophi ac reges ꝛ magistri ꝛ nuncij ꝛ legati vtunt. Flagella dicunt vt pdiximus: sūme arboꝝ partes ab eo ꝙ crebros ventoꝝ sustinēt flat⁹. Cimas vocatas dicūt quasi comas. Folia grece filia dicuntur: inde ꝛ ad nos hoc nomē per deriuationē translatū est. Flores noīati: ꝙ cito defluāt de arboribus: quasi fluores: ꝙ cito soluant. In his duplex gra coloris ꝛ odoris. Austro enī flores soluūtur: zephiro fiunt. Germē dicim⁹ surculum pregnātē a gerendo: vnde ꝛ geminatio. Fruct⁹ nomē accepit a frumine. i. eminēte gutturis parte q̄ vescimur. Inde ꝛ fruges. Fructus autē ꝓprie dicunt agroꝝ ꝛ arborū qbus vtimur. In aīalibus vero abusiue ꝛ translatiue vocari fructuz. Poma dicta ab opimo. i. a copie vbertate. Matura dicunt: q: apta sunt ad mādenduz: sic ꝛ imatura: q: pri⁹ q̄ matura fiant: dura sunt ad mādēduz. Ligna dicta q: incēsa cōuertuntur in lumen. Unde ꝛ liciniū dicitur ꝙ lumen det. Astula a tollendo nuncupata q̄si abstula. Fomes est astula que ab arboribus excutit: recisiōe aut astule ambuste: aut ligno cauata a fūgis noie accepto: ꝙ ita capiat ignē. De quo Uirg. Rapuitq; in fomite flāmā. Torris lignū adustuz quē vulgus ticionē appellat: extractū foco semiustum ꝛ extinctum. Quisquilie stipule immixte surculis ac folijs aridis: sunt autem purgamenta terrarum. Caries putredo lignorum: dictum hoc nomine ꝙ eueniat lignis virtute carentibus.

De proprijs noībus arboꝝ. Cap. VII.

Palma dicta: q: manus vitricis ornatus est. vł ꝙ oppāsis est ramis: in modū palme hominis. Est. n. arbor isigne victorie: pceroq; ac decoro virgultu: diuturnisq; vestita frondibus: ꝛ folia sua sine vlla successione cōseruans. Hāc greci fenicē dicunt: ꝙ diu duret. ex noie auis illius arabie q̄ mltis annis viuere phibet. Que duz in multis locis nascat: nō in omnib⁹ fructus pficit maturitatē. Frequēter aūt in egypto ꝛ syria. Fructus autē eius dactyli a digitoꝝ similitudine nuncupati: quoꝝ etiā ꝛ noīa varianf. Naz alij appellant palmule: similes mirobolani. Alij thebaici: qui ꝛ nicolai. Alij mucales: quos greci cariatos vocant. Laurus a verbo laudis dicta. Hac enim cū laudib⁹ victoꝝ capita coronabant. Apō antiquos autē laudea noīabatur. postea d: littera sublata ꝛ subrogata r dicta est laurus vt in auriculis: que initio audicule dicte sunt: ꝛ medidies: que nūc meridies dicit. Hāc arborē greci daphnē vocant: ꝙ nunq̄ deponat viriditatē: ide illa poti⁹ victores coronanf. Sola quoq; hec arbor vulgo fulminari minime credit. Maluz a grecis dictū: ꝙ sit fructus eius pomoꝝ oīuz rotundissim⁹. Unde ꝛ hec sunt vera mala: que vehemēter rotunda sunt. Malū matianū a loco vocatum: vnde pus aduectū est. Nā mlte arbores noīa ex ꝓuincijs ꝛ ciuitatib⁹ de quibus allate sunt acceperūt. Uirgilius: Amātib⁹ qd ex malo queri soleat ostendit. Malacidonia nomē sumpsit ab oppido qđ est in isula creta: de qua greci dicere solent: vrbiū cretentiū matrē cidoniā: ex cuius pomo cidonitū cōficit. Fit quoq; ex ea ꝛ vinū: quo languētiū desideria fallunt. Nā specie ꝛ gustu ꝛ odore cuiuslibet vini veteris imaginē repsentat. Malomelluz a dulcedine appellatū: ꝙ fructus eius mellis saporē habeat: vł ꝙ i melle seruet: vt ꝛ qdaz. Si tibi cecropio saturata cidonia melle: Ponant: dicas hec meli mella placent. Malūpunicuz dicitur eo ꝙ ex punica regione sit genus eius trāslatū. Idē ꝛ malogranatū: eo ꝙ inter corticis rotunditatē granoꝝ cōtineat mltitudinē. Arbor aūt malogranata ē generis femini: pomū vero est neutri generis. Flores maloꝝ a grecis appellati sunt quitinas: latini caducū vocāt. Agrestiū autē maloꝝ flores greci balaustion appellauerūt. Quoꝝ alij albi: alij purpurei: alij rosei reperiunt: similes floribus mali punici. Negant medici mali punici cibo nostra corpora nutriri: sed eo sic opinant vtendū vt medicare potius nō alere videat. Malū persicū cuius breuis admodū vita cōcessa est: triū generū esse fert: duracenū: armeniacū: ꝛ psicum. Duracenū nuncupat: eo ꝙ pomū ei⁹ in gustu acorē referat. Armeniacū dicit: ꝙ prim⁹ī gentus ei⁹ ab armenia sit aductuz. Persicuz vocatū ꝙ eaz arborē prim⁹ in egypto seuerit perseus: a quo se oriundos ptolemei ferebāt. Hec in psida fructū generat interfectoriū: apud nos autē iocundū ac suauē. Horū aliud precoꝝ: aliud vocat estiuuz. Medica arbor: cuius nomē etiā carminib⁹ mantuanis inclaruit: asportata primū a medis: vnde ꝛ vocabulū sumpsit. Hanc greci cedromelā: latini citriaz vocāt: ꝙ eius pomū ac folia cedri odorez referat. Malū eius inimicū venenis: ꝛ hoc ē quod idez poeta intelligi voluit: cū tradat ex illo foueri animaz. Hec arbor omni pene tpe plena est pomis que in ea partiz matura: partim acerba: partim adhuc in flore sunt posita. qđ in ceteris arborib⁹ raruz est. Mella quā greci loton appellant: que vulgo ꝓpter formā ꝛ colorē faba syrica dicit. Arbor enī est magna fructū ferēs comestibilē maiorē pipe gustu suauē: vnde ꝛ mella vocata est. Coquinella: quaz latini ob colorē primū vocant. alij a mltitudine enixi fruct⁹ nixam appellāt. Cui⁹ generis damascena melior: a damasco oppido: vnde prius asportata est dicta: cuius solū pomū stomachum mederi ꝓbatur. Nam cetera noxia ꝓhibentur. Hec sola arbor gummi glutinosuz ꝛ compactiuū distillat: quo ꝛ medici ꝛ scriptores vtūtur. Oleomella nascit in palmaria syrie ciuitate ex eo ita appellata: ꝙ ex trunco oleum defluat in crassitudine mellis saporis suaui. Pomelida sorbo similis: mediocris arbor: ꝛ flore candido: dicta ꝙ dulcis sit eius fructus ꝛ acuto sapore cōmixtus. Hec arbor etate durat exigua. Melosos arbor in africa punica lingua vocata: ex qua profluit lētus sucus: qui a loco amoniacus nominat. Mespila arbor spinosa. fructu similis maloꝝ: sed paulo breuiore: vnde ꝛ appellata: ꝙ pilule formaz habeāt eius poma. Pyrus vocata videtur: ꝙ in ignis speciem formata: Nā hoc genus pomi ab amplo incipit: ꝛ in angustuz finit: sicut ignis. Pyrus autez arbor: fructus eius pyra est. Cuius mlte spēs: ex qb⁹ crustumia sunt pyra ex parte rubētia: ab oppido crustumio noīata. Poma pyri iumētis imposita vł si pauca: vehemēter onerosa esse dicunt. Cerasus a ceraso vrbe ponti vocata. Nam lucullus cum cerasuz ciuitatem ponti delesset: hoc genus pomi inde aduexit ꝛ a ciuitate cerasum appellauit. Arbor autē cerasus: pomum cerasum dicitur. Hoc etiam ꝛ ante lucullū erat in italia: sed durū vnde ꝛ cornū appellatum est. Est aūt arbor apta astilib⁹: Unde ꝛ Uirgilius: Bona bello cornus. Ficus latine a fecunditate vocat. Feracior est enim arboribus ceteris. Nā terq; quaterq; p singulos annos generat fructuz: atq; altero maturescēte alter oborit. Hinc ꝛ carice a copia noīate. Ficus egyptia fecundior fertur: cuius lignū in aqua missum: ilico mergitur: ꝛ cū in limo aliquādiu iacuerit: deinde in supficiem sustollitur. versa vice nature: qū madefactū debuit humoris pōdere residere. Antea athlete ficis alebant pus q̄ eos pythagoras exercitator ad carnis vsum q fortior cib⁹ ē trāstulisset. A senibus in cibo sepius sumpte ficus. rugas eorum ferunt distēdere. Tauros quoq; ferocissimos ad fici arborē colligatos repēte māsuescere dicunt. Caprificus appellata: eo ꝙ parietes qbus innascitur carpit. Rūpit eniz ꝛ prodit ex latebris qbus ↄcepta est. Alij caprificū putāt dictū: ꝙ ficus arbor eius remedio fecūdetur. Morus a grecis vocata quā latini rubū appellāt: eo ꝙ fructus vł virgulta eius rubet. Est enī morsus siluestria fructus afferēs: qb⁹ in deserto pastoꝝ fames ac penuria cōfouet. Hui⁹ folia superposita serpēti ferunt interimere eū. Sycomorus sicut ꝛ morus greca noīa sunt. Dicta aūt sycomorus: eo ꝙ sit folijs similis moro. Hanc latini celsam appellāt ab altitudie q: nō est breuis vt morus. Nux appellata ꝙ vmbra vł stillicidiū folioꝝ eius ꝓximis arboribus noceat. Hūc alio nomine latini iuglandē vocāt: quasi iouis glandē. Fuit enim hec arbor cōsecrata ioui. Cuius pomū tantā vim habet vt missa iter suspectos herbarū vel fungoꝝ cibos: qcqd in eis virulentū est exudet rapiat atq; extinguat. Nuces autē generaliter dicunt oīa poma tecta corio duriori: vt pinee: nuces: auellane: glādes: castanee: amigdale. Hinc ꝛ nuclei dci: ꝙ sint duro corio tecti. At cōtra poma oīa mollia mala dicta: sed cū adiectione terrarū in qbus antea nata sunt: vt persica: punica: matiana: cidonia ꝛc̄. Amigdala grecū nomē ē: qđ latine nux lōga vocatur. Hāc alij nuclicā vocāt q̄si minorē nucē: de qua Uirgilius: Cū se nux plurima siluis induit in florē. Cūctis enī arboribus prior se flore vestit ꝛ ad ferenda poma arbusta sequētia ꝓuenit. Auellane ab auellano campanie oppido vbi abundāt cognoiate sunt. Hec a grecis pōtice appellant: eo ꝙ circa pōticū mare abundent. Castaneā latini a greco appellāt vocabulo. Hanc enī greci castaneā vocāt: ꝓpter ꝙ fruct⁹ eius gemini in modū testiculoꝝ intra foliculū recōditi sūt: qui dū exciunt quasi castrant. Hec arbor semel vt excisa fuerit tanq̄ silua expullulare cōsueuit. Uł poma ex oīb⁹ nucib⁹ fortissima sunt. nā in cibo sumpta difficile digerunt: virides stringūt: cocte autem min⁹. Ilex ab electo vocata. Huius. n. arboris fructuz hoīes pmū ad victū sibi elegerūt: vñ ꝛ poeta: Mortales primi ructabāt gutture glādē. Prius. n. q̄ frumēti vsus esset: antiqui hoīes glāde vixerūt. Suberies arbor: ex qua validissim⁹ cortex natatorius extrahit. Et ideo appellata suberies: eo ꝙ fructus eius sues edūt: porcoꝝ sunt enim alimenta nō hoīum. Et dicta suberies q̄si subedies. Fagus ꝛ esculus arbores glādifere: ideo vocate credunt ꝙ harū fructibus olim hoīes vixerūt: cibūq; sumpserunt: escāq; habuerūt. Nā esculus ab esca dicta. Fagus vero a greco vocabulum traxit. Fage enī grece comedere dicit. Silicon quā latini corrupte silicā vocāt: ideo a grecis tale nomē accepit: eo ꝙ ligni eius fruct⁹ dulcis. Xilo quippe dicūt lignū: licon dulce. Hui⁹ arboris pomo sucus expssus acatia a grecis dr̄. Pistatia ꝙ cortex pomi eius nardipistici odorē referat. Pinus arbor picea: ab acumine folioꝝ vocata. Pinū enī antiqui acutuz nominabāt. Pinū autē aliam pitin: aliā greci peucen vocant: quā nos piceā dicimus: eo ꝙ desudet picē. Nam ꝛ specie sibi differūt. In germanie aūt insulis huius arboris lachryma electruz gignit. Gutta enī defluens rigore vł tepore in soliditatē durescit: ꝛ gēmā facit de qualitate sua nomē accipiēs. i. sucinū: eo ꝙ sucus sit arboris. Pin⁹ credit prodesse cūctis que sub ea seruant: sicut nux nocere omnibus. Abies dicta ꝙ pre ceteris arborib⁹ lōge eat: ꝛ in excelsuz ꝓmineat. Cuius natura expers est terreni humoris: ac ꝓinde habilis atq; leuis habetur: de qua Uirgilius: Et casus abies visura marinos: quia ex ea naues fiūt. Hāc quidaz gallicū vocant ꝓpter candorē. Est autē sine nodo. Cedrus quā greci cedros vocāt: q̄si ceomenes driosloron: id est arboris humor ardētis: cuius folia ad cypressi similitudinē respondent. Lignum vero iocundi odoris est: ꝛ diurans: nec a tinea vnq̄ exterminat. de qua Persi⁹: Et cedro digna locutus. s. ꝓpter durabilem perpetuitatem. Unde ꝛ in templis ꝓpter diuturnitatē ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius ligni resina cedria dicitur: que in cōseruādis libris adeo est vtilis: vt perlin[illegible]ti ex ea nec tineas patiebantur: nec tempore cōsenescant. Nascitur in creta africa atq; syria. Cypressus grece dicitur ꝙ caput eius a rotunditate in acumen erigitur. Unde ꝛ conon vocatur: id est altra rotūditas. Hinc ꝛ fructus eius conus: quia rotunditas eius talis est vt conum imitetur. Unde ꝛ conifere cyparissi dicuntur. Huius lignuz cedro pene proximam habet virtutem. Temploꝝ quoq; trabibus aptuz: impenetrabili soliditate nunq̄ oneri cedit: sed ea qua in principio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cypressi ramos prope rogum constituere solebant vt odorem cadaueruz dum vrerentur comprimerent iocunditate odoris sui. Iuniperus grece dicta: siue ꝙ ab amplo in angustum finiat vt ignis: siue ꝙ conceptum diu teneat ignem: adeo vt si pruine ex eiu[illegible] cinere fuerint operte: vsq; ad annuz perueniant. Pyr enim apud grecos ignis dicitur. Iuniperus autē alia parua: alia magna ē. Hebenus in india ꝛ ethiopia nascitur: que cesa durescit in lapidem: cuius lignum nigruz est: ꝛ cortex leuis vt lauri: sꝫ indicum maculosuz est in paruis distinctionibus albis ac fuluis. Ethiopicum vero qđ prestantius accipitur: in nullo est maculatum: sed est nigrum leue ꝛ corneum. Est autem mareotica palus in india vnde hebenus venit. Lucanus: Hebenus mareotica inquit. Hebenus autē crepundijs illigatur: vt infantem visu nigra non terreant. Platanus a latitudine foliorum dicta: vel ꝙ ipsa arbor patula sit ꝛ ampla. Nam platos greci latuz vocant. Expressit huius arboris scriptura ꝛ nomen ꝛ formā dicens: quasi platanus dilatata sum in plateis. Est autez tenerrimis folijs ac mollib⁹ ꝛ vitiū similis. Quercus siue quern⁹ dicta ꝙ ea soliti erāt dij gentium querētibus responsa dare: arbor multum annosa: sicut legit de quercu mābre sub qua habitauit abraham: que fertur vsq; ad constantini regis imperium p multa secula perdurasse. Huius fructus glandula appellatur. E quib⁹ vna agrestis onfaticis dicta parua forma: sꝫ firmo corpore atq; nodoso: que medicaminibus ꝛ incaustis adhibetur: altera balanis lenis: ac leuis: ac nimiū pforata. Lucernarum tm̄ vsibus necessaria. Fraxinus vocari fertur: ꝙ magis in asperis locis montanisq; fragis nascatur: hinc per deriuationem fraxinus: sicut a monte montanus. De quo Ouidius: Et fraxinus vtilis astis. Taxus venenata arbor: vnde ꝛ toxica venena exprimūtur. Ex hac arcus parthi ꝛ alie gentes faciunt: vnde ꝛ poeta. Itireos taxi torquētur in arcus. Itireos autez dicit parthicos. Acer coloribus impar. Robur autem generaliter dicitur ex omni materia quicquid est firmissimum. Alnus vocatur ꝙ alatur amne. Proxima eniz aque nascitur: nec facile extra vndas viuit. Hinc ꝛ tenera ꝛ mollis: quia in humecto loco nutritur. Ulmus nomen accepit: ꝙ vliginosis locis ꝛ humidis melius proficit. Nam in montanis ꝛ asperis minus leta est. Larex cui hoc nomen a castello laricino indituz est: ex qua tabule tegulis affixe: flammam repellunt: neq; ex se carbonē ambuste efficiunt. Populus dicta ꝙ ex eius calce multitudo nascatur. Cuius genus duplex est. Nam altera est alba: altera nigra. Alba autem populus dicta: quia folia eius vna parte sunt alba: altera viridia. Hec igitur hicolor habens: quasi noctis ꝛ diei notas que tempora ortu solis occasuque constant. Generat etiam resinaz circa eridanum fluuium: vel vt alij memorant in finibus syrie. Tiliam dicunt vocatam: eo ꝙ vtilis sit ad vsum telorum nitore ꝛ lenitate iaculandi. Est enim genus materie leuissime. Salix dicta ꝙ celeriter saliat: hoc ē velociter crescat:

paradisi nō est assimilatus illi: qm̄ speciosiorem fecit eum deus. Distat conditio angeli a conditione hominis: homo enim ad dei similitudinem conditus est: archāgelus vero qui lapsus est: signaculū dei similitudinis appellatus est: teste dño per Ezechielē: Tu signaculuȝ similitudinis plenus sapientia: pfectus decore in delitijs paradisi dei fuisti. Quanto eniȝ subtilior est eius natura: tāto plenius extitit ad similitudinē diuine virtutis expressa. Pri⁹ de celo cecidisse diabolū q̄ȝ homo cōderet. Naȝ mox vt factus est i superbiā erupit: ⁊ precipitatus de celo est. Nam iuxta veritatis testimoniū: ab initio mēdax fuit ⁊ in veritate nō stetit: qr statiȝ vt factus est cecidit. Fuit qdem in veritate conditus: sȝ nō stando cōfestim a veritate est lapsus. Uno superbie lapsu dum deo per tumorē se cōferūt: ⁊ homo cecidit ⁊ diabolus. Sȝ homo reuersus ad penitentiā deo se inferiorez esse cognouit. Diabolus vero nō solū in hoc contentus qp se deo equalem existimans cecidit: insuper etiā superiorez deo se dicit: fm apostoli dictū: q ait de antichristo. Qui aduersat ⁊ extollit supra omne qd dicit de⁹ aut quod colitur. Diabolus ideo nō petit veniaȝ: qr nō compūgit ad penitētiā. Membra vero eius sepe per hypocrysim deprecātur: qd tamē pro mala conscientia adipisci non merent. Discat humana miseria qp ea causa citius prouocet deus prestare veniam dum infirmo compatitur homini: quia ipse homo traxit ex parte inferiore infirmitatem peccandi: hoc est ex carne: qua inclusa anima detinetur. Apostate vero angeli: ideo veniam non habent: quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati sunt vt peccarent. Homines autez post peccatum iccirco reuertuntur ad veniam: propter qp ex lutea materia pondus traxerūt infirmitatis. Ideoqȝ pro infirma carnis conditione reditus paret homini ad salutem: sicut ⁊ psalmus dicit: Ipse scit figmentum nostruȝ. Memento domine qp terra sumus. Et iterum: memorare inquit que mea substantia. Postq̄ȝ apostate angeli ceciderunt: ceteri perseuerantia eterne beatitudinis solidati sunt. Unde ⁊ post celi creationem in principio repetitur. Fiat firmamētuȝ: Et vocatum est firmamētuȝ celum: nimirum ostendens qp post angeloruȝ ruinam hi qui permanserunt firmitatē meruerunt eterne perseuerātie ⁊ beatitudinis quaȝ antea minus acceperāt. Unde oportet agnosci qp malorū iniqtas sanctorū seruiat vtilitati. Quia vnde mali corruūt. inde boni proficiūt. Bonoꝝ angelorū numerus: q post ruinam angelorum maloꝝ est diminutus: ex numero electorum hominum supplebitur: q numerus soli deo est cognitus. Inter angelos distātia potestatū est: ⁊ pro gradu um dignitate ministeria eisdem sunt distributa: alijqȝ alijs preferūtur: taȝ culmine potestatis q̄ȝ sciētia virtutis. Subministrant. igitur alij alioꝝ preceptis atqȝ obediūt iussis. Unde ⁊ ad prophetam Zachariam angelus angelum mittit: ⁊ quecūqȝ annūciare debeat precipit. Nouem esse distictões vel ordines angelorum sacre scripture testant: id est angeli: argchangeli: throni: dominationes: virtutes: principatus: potestates: cherubin ⁊ seraphin. Horuȝ ordinum numerum etiam Ezechiel propheta describit sub totidez nominibus lapidum cum de primatu apostate angeli loqueretur. Omnis inquit lapis preciosus operimentum tuum: Sardius ⁊ topaçius ⁊ iaspis chrysolithus: ⁊ onyx ⁊ berill⁹: saphirus: carbunculus ⁊ smaragdus: Quo numero lapidū ipsi ordines designati sunt angelorum: quos apostata angelus ante lapsum quasi in vestimento ornamenti sui affixos habuit: ad quorum comparationem dum se clariorem cunctis aspexit confestim intumuit ⁊ cor suum ad superbiaȝ eleuauit. Angeli semper in deo gaudent non in se. Malus vero. ideo est diabolus: qr non que dei: sed que sua sunt requisiuit. Nulla autem maior iniquitas q̄ȝ non in deo: sed in se velle quempiam gloriari. Angeli in verbo dei cognoscunt omnia antecq̄ȝ in re fiant ⁊ que apud homines adhuc futura sunt: angeli iam reuelante deo nouerunt. Preuaricatores angeli etiam sanctitate amissa: non tamen amiserunt viuacem nature angelice sensum. Triplici enim modo scientie acumine vigent: id est subtilitate nature: experientia temporum: reuelatione superioruȝ potestatū. Quotiens deus quocūqȝ flagello huic mundo irascitur: ad ministerium vindicte apostate angeli mittuntur: qui tamen diuina potestate coercentur ne tantum noceant quantum cupiunt. Boni autem angeli ad ministeriuȝ salutis humane deputati sunt: vt curas administrent mundi ⁊ regant omnia iussu dei: restante apostolo: Nonne omnes inquit sunt administratorū spiritus in ministerium missi: propter eos qui hereditatez capiunt salutis: Angeli corpora in quibus hominibus apparent de superno aere sumūt: solidāqȝ speciem ex celesti elemento induunt per quam humanis obtutibus manifestius demonstrentur. Singule gentes prepositos angelos habere creduntur: quod ostenditur testimonio angeli danieli loquētis: Ego inquit veni vt nunciarez tibi: sed princeps regni persaruȝ restitit mihi: ⁊ post alia. Non est qui me adiuuet nisi Michael princeps noster. Item omnes homines angelos habere probantur: loquente domino in euangelio. Amen dico vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui est in celis. Unde ⁊ Petrus in actibus apostolorum cum pulsaret ianuam: dixerunt intus apostoli: Non est petrus: sed angelus eius est. Si deum angeli contuentur ⁊ vident cur petrus apostolus dicit: in quem desiderant angeli dei conspicere: Item si eum non contuentur nec vident: quomodo iuxta sententiam domini: angeli eorum semper vident faciem patris qui est in celis: Sed bene vtrunqȝ est. Nam veraciter credimus qp deum angeli ⁊ vident ⁊ videre desiderant: ⁊ habent ⁊ habere festinant: ⁊ amant ⁊ amare nituntur. Si enim sic videre desiderant vt effectu desiderij non perfruantur: desideriuȝ hoc necessitatem habet: necessitas ista penalis est: sed beatis angelis omnis pena longe est: quia nunq̄ȝ simul pena ⁊ beatitudo cōueniunt. Rursum si eos dicimus dei visione satiari: satietas fastidium habere solet: ⁊ scimus illos dei visionem quam ⁊ desiderāt fastidire non posse: quid ergo est nisi vt miro modo simul vtrunqȝ credamus: quia ⁊ desiderant ⁊ satiantur: Sed desiderant sine labore: ⁊ satiantur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas: desiderantes satiantur. Et iterum ne sit in satietate fastidium satiati desiderant. Uidēt ergo angeli faciem patris per satietatez: sed quia satietas ista fastidium nescit: angeli desiderant eo prospicere semper. Ubicunqȝ in scripturis sanctis pro deo angelus ponitur: non pater: non spiritus sanctus: sed pro incarnationis dispensatione solus filius intelligitur. Ante dominice incarnationis aduentum discordia inter angelos ⁊ homines fuit. Ueniens autem christus pacem in se ⁊ angelis ⁊ hominibus fecit. Eo quippe nato clamauerunt angeli. In terra pax hominib⁹ bone voluntatis. Per incarnationem igitur christi non solū deo reconciliatus est homo: verum etiam pax inter homines ⁊ angelos reformata est. Discordia igitur ante aduentum christi hominum ⁊ angelorum fuisse per id maxime agnoscitur: qp salutati in veteri testamento ab hominibus angeli: despiciunt se salutari ab eis: quod in nouo testamento a ioanne factum: non solum reuerenter angelus suscipit: verum etiam ne faciat interdicit. Ob hoc homo in veteri testamento despicitur nec resalutatur ab angelo: Eo quod homo adhuc nondum

transisset in deuȝ. Suscipitur aūt hō a deo ⁊ reuerenter salutat ab angelo. Nā ⁊ mariā angelus gabriel legit salutasse. ⁊ Ioāni angelū salutanti ab eodē angelo dicit. Uide ne feceris: cōseruus. n. tuus suȝ ⁊ fratrū tuoꝝ. Per qd agnoscit per icarnationē dñicaȝ pacē hoīb⁹ fuisse ⁊ angelis redditā.

¶ De homine. Cap. XIII.

OMnia sub celo pꝑter hominez facta sunt: hō autē pꝑter seipsuȝ. Inde ⁊ oīa per figuram ad eius similitudinē referuntur. Cōia homini oīa nālia esse cū oībus reb⁹ q̄ cōstāt. ⁊ in hoīe oīa cōtineri: atqȝ in eo oīuȝ rerū naturā consistere. Uniuersitatis creature hō magna quedā portio est: tantoqȝ gradu est ceteris excellētior quāto imagini diuine vicinior. Quātuȝ ceteris creaturis pstet hō dignitate virtutis: ex ipsa reuerētia discit creatiōis: duȝ per oīa dixit deus: fiat: ⁊ facta sunt. Creare vero hoīem quadā eterni cōsilij deliberatione voluit: dicēs. Faciam⁹ hoīez ad imaginē ⁊ similitudinē nrāȝ. Quia. n. boni sumus nāliter cōditi: culpe quodāmō merito cōtra naturā mali sumus effecti. Sicut psciuit deus hoīem peccaturū: ita ⁊ psciuit q̄liter illū per suā gratiā repararet: qui suo arbitrio depire potuisset. Originalr adam ⁊ eua simul creati sūt: spāliter vō postea mulier. de latere viri formata est. Pariter ḡ cōditi sunt vtriqȝ rōnis ordine: nō parter tpis vnitate. Uir ad imaginē dei fact⁹ ē: mulier ad imaginē viri formata est. vñ ⁊ illi lēge nature subiecta est. Itē vir pꝑter semetipsuȝ factus est: mulier ad adiutoriuȝ viri creata est. Hō pꝑter peccatuȝ tūc traditus est diabolo: q̄ā audiuit: terra es ⁊ in terrā ibis. Tūc. n. dictum est diabolo: terrā māducabis. Uñ ⁊ propheta ait serpēti: puluis panis eius. Serpēs. n. dyabolus est: puluis ipij: ⁊ ipi sunt cib⁹ diaboli. Qr praua volūtate ad ima collabimur: recte ad bene agendū cū labore cōsurgim⁹: qd nō ita eēt si delectatio flagitiū pmoꝝ hoīuȝ nō psuasisset: qbus ad bene viuēdū tātū velle sufficeret ⁊ sine difficultate statiȝ actio obtēperaret. Diuisio ⁊ pugna vt sit in hoīs aīo pena pcti: ē ex pmo hoīe i oēs eius filios pꝑagata: vt qui noluit cū deo eē vnit⁹: esset in seipso diuisus: ⁊ qui iperāti dño noluit eē subiect⁹: fieret sibimetipsi rebellis atqȝ cōtrius. Uñ nec sibi poterit subiugari: si pus deo nō fuerit subiugat⁹: sibiqȝ seruiet nolēs qui deo noluit volēs: Oz varie p diuersa humanū defluxit genus: dū se ab vna stabili sempqȝ manēte diuinitatis soliditate subtraxit. Nā duȝ opus qdlibet appetit: quasi ibi iam regem mētis infigit. Sed duȝ ei nō sufficit: mutata intentione ad alias atqȝ alias actiones transit. dūqȝ per diuersa requiē solidam querit nec inuenit: in labore miser et varietate viuit ⁊ vacuus a requie manet. Quāuis eadē mutabilitas nō sit hoi cōcreata: sed pro merito pme preuaricationis illi accesserit: iam tamen naturalis facta est: qr originaliter a primo hoīe sicut ⁊ mors in omnes hoīes transijt.

¶ De anima ceterisqȝ sensibus. Cap. XIIII.

VIta corporis aīa. vita aīe deus est. Et sicut corpus mortuū est sine anima: ita aīa mortua est sine deo. Anima hominis nō est homo: sed corpus qd ex humo factū est: id tm̄ homo est. Inhabitādo aūt in corpore aīa ex ipsa participatiōe carnis hoīs nomē accepit. sicut apostolus interiorē hominē dicit animā: non carnē cōditam esse ad dei imaginez. Male ergo a quibusdā credit animā hoīs esse corpoream: que per id ad dei imaginē facta est: vt si nō incōmutabilis vt deus esset: tamē incorporea vt deus existeret. Sicut angeli ita ⁊ anime. Habēt eni initiū: finē vero nullū. Nā quedaȝ in rebus tēporalia sunt: quedā perpetua: quedā vero sempiterna. Tēporalia sunt qbus inest ortus ⁊ obitus. Perpetua qbus ortus: nō termin⁹. Sempiterna qbus nec ort⁹ nec terminus. Animaȝ nō esse parteȝ diuine substantie vel nature: nec esse eā prius q̄ȝ corpori misceat: sed tunc eam creari quādo ⁊ corpus creat: cui admisci videt. Philosophorum sentētie dicunt esse animā prius q̄ȝ nascatur in corpore. Qd verū esse nullis approbat indicijs. Nā vtruȝ antea fuissemus: nec ipsi nouimus: nec qs hominū dicat habem⁹. Nō est ergo querēdū: qd querēdo magis est irridendū. Gentiles ⁊ heretici de anima disputare conant: sed quomō de illa aliquid recte sentire possunt qui auctorem ad cuius imaginē facta est nō nouerunt: Et ideo multa errore digna dixerunt. Mutabilis est aīa nō localiter: sed tēporaliter suis affectionibus. Corpus aūt ⁊ loco ⁊ tēpore mutabile: qr ⁊ tēpore mutatur: ⁊ loco variatur. Qd est ad corpus mutatio locorū: hoc est ad animā mutabilitas cogitationū. Que varietas male motionis tunc menti inhesit: quādo ab externorum contēplatione primus homo recedens in illo stare noluit a quo male recessit. Et iusta dānatione incōstans p rerū raptus varietatē defluxit. Multū ex sua natura splēdorem possidet anima: sed fuscat cōmixtione carnis qua retinet inclusa. Ex eius eniȝ parte vertit ad peccādi infirmitatē: Salomōe dicēte: Corp⁹ qd corrūpit aggrauat animā: ⁊ depmit terrena inhabitatio sensuȝ multa cogitantē.

¶ De sensibus carnis. Cap. XV.

NOn virtute: nō sensu corporis: sed rōne mētis excellimus animalib⁹ ceteris. Pro reb⁹ corporeis vtēdis sufficit sensus carnis: non pro spiritalibus capiendis. Illecti autē homines vsu corporearū rerū nihil putant aliud esse: preter qp carnis sensu cōcipiunt. Sicut precellūt sibi corporei sensus diuersitate locorū: ita sibimet ⁊ virtute sentiendi precellūt. Nā sic prestantior est odoratus sapore ⁊ positione loci ⁊ sentiendi longinquitate: sic auris odoratu. lōgius eni audim⁹ q̄ȝ odoramus: ⁊ sic oculi auribus. lōgius enī videmus q̄ȝ audim⁹. Animus autē ⁊ loco ⁊ merito his vniuersis sensibus superfertur. In arce enim capitis cōstitutus: qd illi corporaliter nō attingunt: iste ītellectualiter cōtuetur. Amplius excellit oculoruȝ sensus ceteris sensibus: quando qdem que ad alios pertinēt sensus inde dicamus: veluti cū dicimus: vide quō sonat: vide quō sapit: sic ⁊c. Queādmodum oculus: ita ⁊ animus cetera videt sese nō intuet. Aliarū eniȝ rerum origines: spēs ⁊ magnitudines perspicit. de se autē tanta veri ignorantia inficit: vt in his omnib⁹ nihil certius contempletur. Homo qui miraris syderuȝ altitudinē ⁊ maris profunditatē: ⁊ animi tui abyssuȝ ītra ⁊ mirare si potes. Multa cogitantes sine sensu carnis ⁊ sine imaginibus viuis animo tm̄ cernentes intuemur: memoriaqȝ mentis ibi eas fingente tenemus. Multa quoqȝ intelligimus sensu: que lingua explere non possumus. Innoxios esse infantes opere: nō esse innoxios cogitatione: qr motū quē gerunt mēte: nōduȝ possunt explere opere: ac per hoc in illis etas est ībecillis: nō animus. Ad nutuȝ enim voluntatis nōdum obtēperat illis fragilitas corporis: nec adeo opere nocere possint: sicut cogitatione monent. Ex causa vocabuluȝ sortita est cogitatio. Cogēdo eni animū reminisci qd memorie cōmēdatuȝ est: dicit cogitatio. Rerū oīum thesaurus memoria est. Ipsa est enim custos rebus inuētis: ipsa cogitatis: de q̄ ad liquidū difficile est aliquē disputare: qr grādis eius perplexitas est: ⁊ animus ipse est. Imago a sensib⁹ corporis remota sue speciei similitudinē rrlingt in memoria. similitudinem autē nō per imagines sicut cetera: sed sicut gaudiū sine imagine reminiscimur. Dū obliuionez memoramus: non per seipsaȝ adest. Qr si per seipsaȝ adesset vtiqȝ nō obliuisceremur. Cōmunē hoīs animaliūq̄ȝ esse memoriaȝ: nulluȝ autē animalib⁹ irrōnabilibus ītellectū īesse nisi homini tm̄ predito ratione. Ceteris enim in ipsa qualitate consi

derationis sue:sensus carnis nō intelligētia mentis est.

¶ De Christo filio dei. Cap. XVI.

Filij dei perfecta natiuitas nec cepit eē nec desijt:ne preterita sit si desijt ⁊ ne iperfecta sit si adhuc fit. sed sic eterna sit ⁊ pfecta q̄tenus in ea natiuitate eternitas ⁊ perfectio habeat̄. Ex vtero virginis minor dicit̄ pr̄e xp̄s:videlicet iuxta humanā assumptionē: nō iuxta diuinitatē. Christus ⁊ in forma serui seruus:⁊ in forma serui nō seruus. In forma quippe fui dn̄i seruus.⁊ in forma serui hominū dn̄s. Xp̄s in forma serui ꝑpter cōceptionis excellētiā dn̄s est hoīuz: qꝛ ⁊ si suscepit carnē: nō tñ ex carnis libidinosa ↄtagione. Mediator dei atq̃ hoīuz homo xp̄s ih̄s nequāq̄ alter in humanitate alter in deitate est: sed in vtraq̃ nā idem vnus est. Nec purus hō ↄceptus est: nec purus homo editus est:nec postea meritū vt deus eēt accepit:sꝫ deus verbū manēte icōmutabili essentia que illi cū patre ⁊ spū sancto ē coeterna: assumpsit carnez pro salute humana: in qua et ipassibilis pati ⁊ imortalis mori:⁊ etern⁹ ante secula tp̄alis posset ostēdi. Mediator dei ⁊ hoīuz hō xp̄s ih̄s q̄uis aliud sit ex pr̄e: aliud ex virgine:nō tñ alius ex pr̄e alius ex virgine:sed ip̄e eternus ex patre:ipse tp̄alis ex mr̄e: ipse qui fecit: ipse qui factus est: ipse de patre sine matre: ipse de matre sine pr̄e: ipse ↄditoris tēplū:ipse cōditor tēpli:ipse auctor operis:ip̄e opus auctoris manēs vnus de vtroq̃ in vtraq̃ nā: nec nārum cōpulatione ↄfusus: nec nārū distinctione geminat⁹. Ideo de⁹ in hoīe venit: qꝛ per seipsuz ab hoībus cognosci nō potuit. Sꝫ vñ nobis ↄsuluit:inde despectionez tulit: qa infirmitatē quā pro nobis suscepit: hō superbus despexit. Ob hoc infirma ⁊ stulta mūdi elegit vt fortiora ⁊ sapiētiora per que nō cognoscebat̄ cōfunderet. Sicut cibū fortez inualidus infans cape nō pōt:nisi a matre prius editus in lactis sucū vertat̄: vt qð in cibo nō potuit vti: suggēdo potetur in lacte per carnē:ita ⁊ nos dū essemus infirmi ad cōspiciendā verbi eternitatē: factuz est ipsuz verbuz caro vt enutriti per carnē fortioresq̃ effecti:cibū solidū:idest verbuz dn̄i cū patre sempiternū ↄtēplādo vt angeli satiemur. Prima dei dona eē qbus nos nobis reos eē ostēdit: qui dū iacerem⁹ sub reatu culpe iustos nos eē credebam⁹. Uenit medicus:patefecit vulnus:composuit semetipsuz.⁊ de sua morte nobis medicinā aptauit:vt nō eēt ostensor tm̄ vulneris sed ⁊ sanator. Primū ad isrl̄ venit xp̄s sicut ⁊ ipse ait: Non suz missus nisi ad oues que pierūt dom⁹ israel. Ad populū israel pn̄s venit:sꝫ ꝙ nō essent credituri ꝑpheta non tacuit:dicēs: Prim⁹ ad syon dicet assum.⁊ irl̄m euāgelistā dabo: ⁊ vidi ⁊ nō erat.neq̃ extitit quisq̃ qui iniret cōsiliū: ⁊ interrogatus respōderet verbū. Sꝫ qꝛ ad gētes trāsiuit. sequit̄. Ecce seruus meus:suscipiā eū:electus me⁹:cōplacuit sibi in illo aīa mea:dedi spiritū meū sup eū:iudiciū gentib⁹ pferet. Quāuis ordinē nostre liberationis nescierit dyabolus:sciuit tñ ꝙ pro saluatione hoīuz xp̄s aduenit:sed ꝙ sua idē nos morte redimeret ignorauit:vñ eū occidit. Nā si ille xp̄m per mortē redimere humanū gen⁹ scisset nō eū vtiq̃ pemisset. Qꝛ nouerit dyabolus p salute humani gn̄is xp̄z venisse:euāgelij testionio docet̄. quē vt vidit cognoscēdo pn̄muit dicēs: Quid nobis ⁊ tibi filij dei? Uenisti ante tēpus pdere nos. Xp̄s sicut peccatū qð pena dignū est non admisit:ita penā pcti nostri suscepit:vt per idebitā penam suā:debitā ablueret culpā nostraz: vt p hoc amitteret dyabolus quos reos tenebat: duz vnū interfecit qui nihil peccati admiserat. Ideoq̃ quos q̄si iuste tenuit amisit:qꝛ iniuste redēptorē nostruz occidit. Illusus est dyabolus morte dn̄i quasi auis. Nā ostensa xp̄s sue carnis mortalitate quā interimēdā ille appetebat:abscōdit diuinitatē: vt laqueū: quo eū velut auē iprouidā prudēti irretiret decipula. Naz si inoxius xp̄s nō occideret̄:hō dyabolo addict⁹ per p̄uaricatione nō absolueret̄. Dyabolus dū in xp̄o carnē humanitatis impetit que patebat:quasi hamo diuinitatis eius captus est qui latebat. Est eni in xp̄o ham⁹ diuinitas:esca autez caro:linea genealogia:que ex euāgelio recitat̄. Tenēs vero hāc lineā: deus pater est:de quo dicit apl̄s: Caput xp̄i deus. Et lucas: Lineā gn̄ationis xp̄i ab imis ad sūma cōtexens incboat a ioseph ⁊ cōsūmat in deū:duz dicit: Qui fuit hely.⁊ pficiēs lineā generis:dicit: qui fuit dei. Iccirco dn̄s in ifernū descēdit:vt his qui ab eo nō penaliter detinebantur viā aperiret reuertēdi ad celos:ſm testimoniū Esaie pphete dicētis: Posuisti pfundū maris viā vt transirent liberati. Uiam quippe xp̄s in pfundū maris posuit qñ in infernuz descendēs sanctis iter ad celos reuertendi mōstrauit. Sācti ex tp̄e resurrectionis xp̄i statiz vt de corpe exeunt:mox ad celestē hitationē ascēdunt:qð antiqs patribus nō dabat̄. Nā ante aduētuz saluatoris: q̄q̄ sine pena supplicij:tñ nō in celo sed in iferno sanctoꝝ anime tenebant̄. pro qbus absoluēdis:dn̄s in ifernū descēdit. Xp̄s in celum ascēdens discessit quidē carne:sed p̄sens est maiestate:ſꝫ illud qð ipse ait. Ecce ego vobiscū suz vsq̃ ad ↄsūmationez seculi. Sedet xp̄s ad dexterā pr̄is:nō vt dexterā corporeā hēat pater: sed dextera pr̄is btitudo est:sic sinistra misia.

¶ De spiritu sancto. Cap. XVII.

Spiritus sanctus creator est:sicut pater ⁊ v̄buz:testāte ꝑpheta. Spūs dn̄i fecit me: et spiraculū oīpotentis viuificauit me. Spūs sanct⁹ pr̄is ⁊ filij est:⁊ inde vnū sunt pater ⁊ filius:qꝛ nihil hꝫ pr̄ qð nō hꝫ filius. Nō eniz res vna ⁊ duoꝝ cōsubstātialis poterit simꝉ ab eis pcedere:⁊ simul inesse: nisi vnū fuerit a qbus pcedit. Spūs sancti pignus accepit ecclīa: vt p eū i vno corpe vnū fierēt credētes: p quē pater ⁊ fili⁹ vnū eēntialr̄ sint ipso saluatore ad patrē dicente. Ut sint vnuz sicut ⁊ nos vnū sumus. Xp̄s nō tm̄ a pr̄e sed etiaz a spū sancto se missuz testat̄:dicēte ꝑpheta: Accedite ad me ⁊ audite. Nō a principio in abscōdito locutus suz vobis: ex tēpore anteq̄ fieret ibi eraz:⁊ nūc dn̄s misit me ⁊ spūs ei⁹. Spirit⁹ sanct⁹ pro eo ꝙ cōsolator sit:paraclit⁹ nūcupat̄. Nā latine paraclisis cōsolatio dicit̄. Et reuera dū dona sacramētoꝝ distribuit:cōsolationē aīe prebet. Credo equidē ꝙ magnā leticiā sentit qui aliqd reuelāte spū dicit. Donū sancti spūs in membris ecclesie sigillatiz diuidit̄:⁊ in singulis singula dona tribuunt̄. Xp̄s autē omnē plenitudinē gratiaꝝ habuit:de quo ita legit̄: Plenus gratia ⁊ veritate. In xp̄o ergo omnis plenitudo gratiarū est:nā singulis electis singula dona tribuunt̄. In spiritu sancto omnis gratia donoruz cōsistit. Ipse eniz put vult gratiarū dona largit̄. alijs dans sermonē sapientie:alijs sciētie:alijs fidez:atq̃ ita vnicuiq̃ virtute spiritus sancti diuisio gratiarū tribuitur. ⁊ in omnib⁹ idem vnus habetur. Ipse enim etiā ineffabilia docet que proferre humanus sermo nō potest. Ante aduētuz domini tm̄ ꝑphete ⁊ pauci ex omni populo iusti donū sancti spūs merebāt̄. post aduētū autē domini spūs sanct⁹ cūctis est credētibus distribut⁹:iuxta quod per ꝑphetam dominus loquitur dicens: Et erit in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnē carnez: ⁊ prophetabunt filij vestri ⁊ filie vestre. Cunctis enim nunc gentibus gratia sancti spiritus tradita est.neq̃ in paucis aut in populo israel:sed in omni credentium multitudine spiritus sancti gratia manet. Aliquando nō dignis ⁊ reprobis dona sancti spiritus conferuntur. sicut saulo data est ꝑphetia ⁊ balaam. Unde ⁊ multi in fine dicturi sunt: domine virtutes in tuo nomine fecimus:quibus dicturus est domin⁹: Nescio vos vnde estis. Xp̄i aduentuz nō tm̄ plebis iudee sancti ꝑphetantes expectauerūt:sed fuisse etiam in nationib⁹ plerosq̃ sanctos viros prophetie donuz habentes:quib⁹ per spiritū sanctum christus reuelabatur ⁊ a quib⁹ eius expectabat̄ aduentus. sicut Job. sicut balaam qui xp̄i vtiq̃ predicauerunt aduentum. Conuersio gentiū veteri populo latebat. sed tamē in cōsilio dei erat vt fieret.⁊ iam tunc a sanctis pphetis occulte per spiritū sanctū predicabat̄ aduent⁹ xp̄i. sicut dicit propheta: Cū appropinquauerint anni cognosceris:dum aduenerit tempus ostenderis. Nunc vero reuelatū patet quod tunc carnalibus latebat: spiritualibus vero notum erat. nondum tamen manifeste dicebatur: eo ꝙ tēpus ostensionis non esset.

¶ De lege. Ca. XVIII.

Via per quā itur ad xp̄m lex est per quaz vadunt iusti ad deuz. ⁊ vt est intelligunt eaz. Sanctarū scripturarū altitudo quasi montes pascue sunt: ad quos dū quisq̃ iustoruz conscendit:se pascue indeficientis refectionem inuenisse congaudet. In scripturis sanctis quasi in mōtibus excelsis: ⁊ viri perfecti habent sublimia intelligentie: quib⁹ gressus cōtemplationis quasi cerui erigant: ⁊ simplices quasi parua animalia inueniunt modicos itellectus: ad quos humiles ipsi refugiunt. Scriptura sacra infirmis ⁊ sensu paruulis ſm historiam humilis videtur in verbis: cum excellentioribus autē viris altius incedit:dum eis sua mysteria pādit: ac p hoc vtrisq̃ manet cōis: ⁊ paruulis ⁊ pfectis. Scriptura sacra per vniuscuiusq̃ lectoris intelligētiā variat̄: sicut māna que populo veteri pro singulorum delectatione variuz dabat saporem. Juxta sensuum capacitatem singulis sermo dominicus cōgruit. Et singulis duz sit p vniuscuiusq̃ intellectu diuersus:in se tamē pmanet vnus. Ideo in libris sanctis quedā obscura:quedā aperta reperiunt̄: vt intellectus lectoris ⁊ studiū augeatur. Nam si cuncta paterēt:statim intellecta vilescerent. Rursus si cuncta clausa existerent:confestim diffidentiā gignerent. Ne ergo de obscuris desperatio fiat:ea que manifesta sunt sciant: ⁊ ne de itellectis fastidiū existat:ea que clausa sunt desiderium excitāt. Naz pleraq̃ quāto magis latent:tāto magis desideriū prebent. In scripturis sanctis sepe ea que futura sunt quasi facta narrantur: sicut est illud: Dederūt in escam meā fel. et potauerunt me aceto. Sed cur futura quasi preterita scribuntur:nisi quia que adhuc faciēda sunt in opere:iaz facta sunt in diuina pdestinatione? Nobis igitur tēporaliter accidunt:que a cōditore oīuz sine tp̄e puidentur. Propterea ppheta rerū futurarū gesta preterita presentibus miscet rebus: vt ita credant̄ illa futura:queadmodū ista cernuntur esse cōpleta. More eniz suo per p̄sentia de futuris loquit̄. sicut in persona irl̄m de ecclesia:⁊ sicut in persona effraim de hereticis. Pro factis diuinis plerūq̃ ⁊ dicta ponunt̄: iccirco qꝛ nō operatiōe manuū deus:sed dicēdi imperio operatur:sicut scriptū est: Dixit ⁊ facta sunt:mandauit ⁊ creata sunt. Qꝛ in scripturis sacris vna bis repetit̄ sentētia:aut cōfirmationis causa est:aut mysterij: sicut lex ⁊ gratia:sic initium ⁊ perfectio:sicut bonū ⁊ melius. Lex diuina in trib⁹ distinguit̄ partibus.i.in historia:in preceptis:⁊ in ꝑphetis. Historia est in his que gesta sunt. precepta in his que iussa sunt. ꝑphetia in his que futura pnunciata sunt. Lex diuia triplici sentiēda est mō. Primo vt historice. secūdo vt tropologice. tertio vt mystice intelligatur. Historice nāq̃ iuxta litterā:tropologice iuxta moralē sententiā:mystice iuxta spiritalez intelligentiā. Ergo sic historice oportet fidez tenere:vt eā ⁊ moraliter debeamus interpretari ⁊ spiritualiter intelligere. Tria ⁊ septē: decē precepta sunt: sed tria ad amorē dei pertinent:septē ad hoīes. Illa tria que ad amorem dei pertinent:in vna tabula scripta fuerūt:reliq̄ septē in secūda. In prima tabula triū mādatoꝝ hoc primuz est: Diliges dn̄z deū tuū. In scḋa. Honora patrē tuū ⁊ matrez. Hinc est qð ⁊ saluator scribe iterrogāti qð p̄ceptū est p̄mū in lege ait: Audi isrl̄: dn̄s de⁹ tuus de⁹ vnus est hoc p̄mū est. Secūdū vero simile est huic. Diliges pximū tuū sicut teipsum. Unum nāq̃ preceptū de prima tabula dixit qð ad dei pertinet amorem. alterum vero de alia tabula: quod ad hominis pertinet dilectionez.

¶ De ecclesia ⁊ heresibus. Cap. XIX.

Gemina est ecclesie pulchritudo. vna quā hic bene viuēdo consequit̄. altera per quā illic ex retributiōe glorificabit̄. Ecclesie ꝑpter xp̄m gemine tribulationes existunt.i. siue q̄s a paganis ptulit in martyrib⁹: siue quas ab hereticis pfert in diuersis ↄcertatiōib⁹. Utrasq̃ aūt p gratiā dei exupat: partim ferendo:partim resistēdo. Sācta ecclīa catholica sicut male viuētes in se patiēter tolerat: ita male credētes a se repellit. Sācta ecclīa ↄ gētiliū atq̃ hereticoꝝ ptinaciā sūmope sapiētiā ⁊ patientiā opponere studet: sꝫ exercet̄ eius sapia cū tentat̄ verbis:exercet̄ patiētia cū tentat̄ gladijs. Nunc enī psecutionib⁹ appetit̄: nūc falsis assertionibus lacessit̄. Causa prauitatis heretice doctrinis est ꝑpagata ecclesia. nā antea simplici tm̄ fide vigebat. Hereticoꝝ igit̄ occasione ꝑpagati sunt doctores in fide: ⁊ p acumina heresum ecclesie magistri creuerunt. Nā tūc clarius manifestat̄ veritatis assertio qñ patuerit q̄libet dissentio. Sācta ecclīa ideo dr̄ catholica: p eo ꝙ vl̄r per omnē sit mūdū diffusa. Nā hereticoꝝ ecclesie in partib⁹ mundi coartant̄: hec vero in toto orbe diffusa expandit̄. paulo attestāte apl̄o: Grās inquit ago deo meo p oībus vobis: qꝛ fides vestra annūciatur in vniuerso mundo. Hereses aūt in aliquo angulo mūdi:aut in vna puincia inueniunt̄ versari. Ecclesia vero catholica sicut p totū mundū extendit̄: ita ⁊ oīuz gentiliuz societate construit̄. Qui sunt heretici nisi qui relicta dei ecclesia priuatas elegerunt societates? de quib⁹ dominus dicit: Duo mala fecit populus meus:me dereliquerūt fontez aque viue:⁊ foderunt sibi cisternas dissipatas que continere non valent aquas. Causa heresis ob quaz rem fit? Ad exercitationem fidei. Uis vero per quā fit: obscuritas est diuinarū scripturarū in qua caligantes heretici aliud q̄ se res habeat intelligunt: nec esse possunt: qꝛ idipsuz qð existunt hereses iam nō sunt. Male enim sentiēdo esse iam desierunt: ad nihilum enim tendunt. Heretici ingenti studio mendacia sua discunt:⁊ labore vehementi ne in vnitatez ecclesie veniant decertant: de quibus per prophetam cōgrue dicitur: Docuerunt linguaz suaz loqui mendaciuz: ⁊ vt inique agerent laborauerunt. Dum vicissim heretici mutuo se lacerant quādo alterutrū se in proprias sectas inducūt: sic tamen in inuicē sese colligunt vt contra ecclesiā pari erroris spiritu decertent. Et qui ab inuicē sunt diuisi: in aduersitate ecclesie simul existunt vniti: eisq̃ qui pro eo ꝙ tm̄ valeant hereses vident̄ habere veritatez: hoc respōdēduz est. Nō ideo saluti preponēdi sunt morbi: qꝛ plerūq̃ ita generaliter mundum occupant vt paruū saluti locū relinquāt.

¶ De hereticis. Cap. XX.

Non posse hereticos habere veniaz: nisi per eccclesiaz catholicaz: sicut ⁊ amici iob non per se placare deū potuerūt: nisi pro eis iob sacrificiū obtulisset. Opera bona que heretici faciunt ⁊ iusticia eoꝝ: nihil eis pdest: testante dn̄o per hieremiaz: Quia mei oblitus es: ecce ego annūciabo iusticiā tuam: ⁊ opera tua nō pderūt tibi. Heretici q̄uis legem ⁊ ꝑphetias adimpleāt. ex eo tm̄ ꝙ catholici nō sūt: nō est de⁹ in eorum conuentibus: ipso dn̄o testante. Si steterint moyses ⁊ samuel corā me: nō ē aīa mea ad ppl̄m istū. Eijce eos a facie

mea ꝛ egrediant̄. Per moysen quippe ꝛ samuel legez acci
pe ꝛ ꝓphetas: quos q̄uis heretici ope īplere cōtendāt: pro
pter erroris tñ impietatē a vultu dei ꝓijciuntur: ꝛ a iustoꝝ
conuentibus separantur paganus ꝛ hereticus: ille q2 nun
q̄ fuit cū dei populo: iste q2 recessit a dei populo: vterqꝫ re
cedētes a xp̄o: ad diaboli ꝑtinēt corpus. Qui ab idolatria
ad iudaismū vel heresim trāseūt: iuxta ꝓphetaz: de malo
ad malū egressi sunt: ꝛ dn̄m nō cognouerūt: q2 de infideli
tatis errore in errorē aliū transierūt. Cuius doctrinā qsqꝫ
sequit̄: hui9 ꝛ filius nuncupat̄: sicut ꝛ per ꝓphetā amorreū
patrē ꝛ cetheā matrē eē isrl' dn̄s dicit: Nō vtiqꝫ nascēdo sꝫ
imitādo. Sic ꝛ in meliorē partē filij dei nuncupant̄: q pre
cepta dei custodiunt. Vn̄ ꝛ nos nō natura: sed optione cla
mamus deo dicētes: Pater noster qui es in celis. Nō solū
tm̄ natiuitate sed etiā imitatiōe filios posse alicuius voca
ri. Nā iudei sm̄ carnē filij abrahe: sm̄ vo ꝯuersationē filij
dyaboli nuncupant̄: ac per hoc illi sūt semē abrahe q eius
imitant̄ fidē: nō qui ex eius gnāti sunt carne. De errore au
ctoris trahitur a qbusdā ꝛ nomē ꝛ culpa: vt ipsius vocabu
lo censeat̄ cuius errorē sequit̄: sicut ecclesie pgami in apo
calypsi dr̄. Hn̄tes tenētes dotrinā balaā ꝛ ieçabel. Doctrinā
igit̄ balaā dr̄ hr̄e: pp imitationē nō pp p̄sentiā corporalē.

¶ De gentilibus philosophis. Cap. XXI.

Philosophi gētiū nō sicut oꝫ deū q̄rētes ī an
gelos īciderūt p̄uaricatores factusqꝫ ē illis
mediator dyabolus ad mortē: sic nobis xp̄s
ad vitā. Multū mūdi philosophi p̄dicant̄
in dimēsiōe tp̄oꝝ: cursuqꝫ siderū ac discussi
one elemētoꝝ. ꝛ tñ hoc nō nisi a deo habue
runt. Volādo. n. supbe vt aues aerē: ꝛ emer
gentes in ꝓfundū vt pisces mare. ꝛ vt pecora gradiētes ter
ram descripserūt: verūtamē tota mēte auctorē eoꝝ intelli
gere noluerūt. Quare nō possunt aialia bruta interrogare:
q2 nesciūt ratiocinari. Ideo nō dissimiles gētiles homines
aialibus extiterunt: qui talia nō ꝯsiderantes: ꝛ ipsa ampli9
diligētes vsqꝫ ad eoꝝ cultū euanuerūt. Via xp̄s est. Siqs
in ea nō gradit̄: nō est quomō veniat ad deū. Philosophi
autē mundi vtiqꝫ deū cognouerūt: sꝫ q2 displicuit illis hu
militas xp̄i in inuio trāsierūt ꝛ nō in via. Ideoqꝫ euanescē
tes gloriā dei in mēdaciū mutauerūt. ꝛ rectitudinē vie re
linquētes in anfractus īciderūt erroꝝ. Primū vnicuiqꝫ ē
scire qd appetat. secūdū vero ē vt id qd appetit apphēdat.
Impfecta quippe sapiētia est quo tēdas scire. ꝛ nescire iter
per qd expediat ire. Quid eniꝫ ꝓdest siqs famis tpe vber
tatis regionē videat: ꝛ viā per quā ad illā pergat ignorat:
Ecce patriā qsqꝫ querit: sed viā pdidit: errādo gradit̄: nō p
ficiēdo: quātoqꝫ plus ambulat tāto magis ab eo qd querit
elongat̄. Qui viā regiā: hoc est xp̄m deserit. ꝛ si videat veri
tatē a longe videt: q2 nisi per viā nō est quomodo ad eā ꝓ
pinquet. Q2 si gradiens per desertum leonez incurrerit: se
metipsuꝫ redarguat dum in dyaboli faucibus deserit.

¶ De differentia testamentoruꝫ. Cap. XXII.

Quidam ideo non recipiunt vetus testamē
tum pro eo ꝙ aliud in tēpore prisco aliud
agatur in nouo. Nō intelligētes ꝙ deus qd
cuiqꝫ cognouerit tēpori incognita quadam
distributione cōcesserit: sicut in lege impat
nuptias. in euāgelio virginitatez cōmēdat.
in lege oculuꝫ pro oculo auferre: in euange
lio alterā p̄bere percutiēti maxillā. Sed illa pro tēpore fra
gili populo: ista vero pfecto. vtraqꝫ tñ pro tēpore sua queqꝫ
cōueniētia comodās. Et tñ ꝓ ista mutatiōe nō ē credēdus
deus mutabilis: sꝫ potius inde admirabilis p̄dicandus ē:
quia manēs incōmutabilis quid cuiqꝫ vt diximus tēpori
cūmoduꝫ fuit: magna cū distributione cōcessit. Sub vete
ri testamento minoris culpe erant peccata: quia in eo non
ipsa veritas: sed vmbra veritatis aderat. Nam in testamē
to nouo preceptis altioribus veritate manifesta facta: que
dam que in illo populo vmbre veritatis deseruierant: de
ferenda nobis precipiūtur. Illic enim fornicatio ꝛ retribu
tio iniurie permissa sunt: nec nocebant. In testamēto autē
nouo graui aiaduersione dānantur si admittantur.

¶ De symbolo ꝛ oratione. Cap. XXIII.

Fidei symboluꝫ ꝛ dominica oratio pro tota
lege paruulis ecclesie ad celoruꝫ regna suf
ficit capessenda. Omnis enim latitudo scri
pturaruꝫ in eadem orōne dominica ꝛ sym
boli breuitate cōcluditur. Unde ꝛ ꝓpheta
esaias dicit: Abbreuiationez audiui a domi
no deo exercituū super vniuersaꝫ terrā. At
tendite ꝛ audite eloquium meū. Sed hec abbreuiatio: aut
illud intelligitur quod dominus dicit omnē legē ꝛ prophe
tas in duobus preceptis dilectionis dei ꝛ proximi pēdere:
aut pp ipsaꝫ orōnē dn̄icā vel symboli breuitatē in qbus vt
predictū est oē scripturarū coartari cernimus latitudinē.

¶ De baptismo ꝛ cōmunione. Cap. XXIIII.

Solam ecclesiā catholicā habere baptismū
ad salutez Zacharias ꝓpheta testatur. In
die īquit illa erit fons patēs domus dauid
ꝛ habitātibus in hierusalēz in ablutionem
peccatoris ꝛ mēstruate. Domus quippe da
uid ꝛ hierusalēz xp̄i ecclesia est: in qua ma
nat fons in ablutionez peccatoꝝ. Heretici
autē id soluꝫ maginaria ostētatione faciūt: ideoqꝫ illis ba
ptismus nō ad remissionē peccatoruꝫ: sed ad supplicij testi
moniuꝫ datur. Pro solo reatu originali luūt in inferno nu
per nati infantuli penas si renouati per lauacrū nō fuerit.
Proinde qua causa nuper natus dānatur infans si non re
generatur: q2 originis noxietatate perimitur. Cur paruuli
peccato originali carētes per baptismū ꝛ nec duꝫ propriuꝫ
habētes delictū a bestijs penisqꝫ ceteris laniant̄: Hec igit̄
causa est. Baptismū eni a pena eterna nō a presentis vite
supplicio liberat. Q2 si a pena p̄senti hoies liberarent̄ per
baptismū ipsuꝫ putarēt baptismi p̄miū: nō illud eternum.
Ergo soluto reatu peccati manet tñ quedā tp̄alis pena: vt
illa vita feruētius requirat̄ que erit a penis oībus aliena.
Nullus negat fideliū etiā post baptismuꝫ quo peccata de
lent̄: quotidie q̄diu in isto seculo sumus ad deuꝫ nos debe
re cōuerti. Qd q̄uis sine intermissione sit quotidie agen
dum: nōnunq̄ tñ fecisse sufficiet. Qui in maternis vteris
sunt: ideo cū matre baptizari nō possūt: q2 qui nat9 adhuc
sm̄ adā nō est: renasci sm̄ xp̄m nō pōt. Neqꝫ eniꝫ dici rege
neratio in eo poterit: quē generatio nō p̄cessit. Qui ītra ec
clesiam: non ex dignitate ecclesie viuūt: sed fidem quā ver
bo tenent opibus destruūt: de ipsis legitur: Multiplicati
sunt sup numerū: vt subaudias in regno predestinatoruꝫ.
Qui scelerate viuūt in eccl'ia ꝛ cōicare nō desinūt: putātes
se tali cōione mūdari: discāt nihil ad emūdationē sibi ꝓfi
cere: dicente ꝓpheta. Quid est ꝙ dilectus meus in domo
mea fecit scelera m'lta: Nūquid carnes sancte auferēt a te
malicias tuas: Et apostolus. Probet ingt seipsuꝫ homo. ꝛ
sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat.

¶ De septē regulis. Cap. XXV.

Septē esse inter cetera regulas locutionum
sanctaruꝫ scripturarū quidā sapiētes dixe
runt. Prima regula est de dn̄o ꝛ eius corpe
que de vno aut ad vnuꝫ loquit̄ atqꝫ in vna
psona: mō caput: mō corpus ostendit: sicut
Esaias ait: Induit me vestimēto salutari q̄
si spōsuꝫ decoratū corona. ꝛ q̄si spōsaꝫ orna
tā monilib9 suis. In vna eni psona duplici vocabulo noīa
ta: ꝛ caput: id est spōsuꝫ: ꝛ ecclesiam. i. spōsaꝫ manifestauit.

Proinde notandū in scripturis: qñ specialiter caput descri
bitur: quando ꝛ caput ꝛ corp9: aut qñ ex vtroqꝫ transeat ad
vtrūqꝫ: aut ab altero ad alteruꝫ: sicqꝫ quid capiti quid cor
pori conueniat prudens lector intelligat. Secūda regula ē
de dn̄i corpore vero ꝛ permixto. Nam vident̄ quedaꝫ vni
conuenire persone: quod tamen non est vnius: vt est illud:
Puer me9 es tu israel: ecce deleui vt nubeꝫ iniqtates tuas:
ꝛ sicut nebulā peccata tua: cōuertere ad me ꝛ redimā te. H
ad vnū non ꝯgruit. Nā altera ps ē cui peccata deleuit: cui
dic̄: puer me9 es tu: ꝛ altera cui dicit: Cōuertere ad me ꝛ re
dimā te. Qui si ꝯuertant̄: eoꝝ pctā delent̄. Per hanc enim
regulā sic ad oēs loquitur scriptura: vt boni redarguātur
cū malis: ꝛ mali laudent̄ cū bonis. Sꝫ quid ad quem perti
neat: qui prudenter legerit discet. Tertia regula est de lit
tera ꝛ spiritu. i. de lege ꝛ gratia: lege: per quam precepta fa
cienda admnonemur. gratia per quam vt operemur iuua
mur: vel ꝙ lex non tm̄ historice: sed etiam spiritaliter sen
tienda sit. Nāqꝫ ꝛ historice oportet fidem tenere ꝛ spirita
liter legem intelligere. Quarta regula est de specie ꝛ gene
re: per quam pars pro toto: ꝛ totum pro parte accipitur: ve
luti si vni populo vel ciuitati loquatur deus: ꝛ tamen intel
ligatur omnem contingere mundum. Naꝫ licet aduersus
vnam ciuitatem babyloniam per Esaiam prophetam do
minus comminetur: tamen dum contra ecclesiam logtur
transit ad genus de specie. ꝛ conuertit contra totum mun
dum sermonem. Certe si non diceret aduersus vniuersuꝫ
orbem: non adderet infra generaliter: ꝛ disperdam omnē
terram: ꝛ visitabo super orbis mala: ꝛ cetera que sequunt̄
ad internitionem mundi pertinētia. Unde ꝛ adiecit: Hoc
est cōsilium quod cogitaui super omnem terram: ꝛ hec ē
manus eius extensa super omnes gentes. Item postq̄ sub
persona babylonie arguit vniuersum mundum: rursus ad
eandem quasi de genere ad specieꝫ reuertitur: dicens que
eidem ciuitati specialiter contigerunt: Ecce ego suscitabo
super eos medos. Naꝫ regnante Balthasar: a medis ē ob
tenta babylonia. Sic ꝛ in onus egypti ex persona eiusdem
totum vult intelligere mundum: dicendo: Et concurrere
faciam egyptios aduersus egyptios: regnum aduersus re
gnum: cum egyptus non multa regna: sed vnum habuisse
describit̄ regnum. Quinta regula est de temporibus: p quā
aut pars maior temporis per partē minorem: aut pars mi
nor tēporis per partem maiorem inducitur: sicut est de tri
duo dominice sepulture: dum nec tribus plenis diebus ac
noctibus iacuerit in sepulchro: sed tñ a parte totuꝫ triduuꝫ
accipitur. Uel sicut illud: ꝙ quadringentis annis predixe
rat deus filios israel in egypto seruituros: ꝛ sic ide egressu
ros: qui tñ domināte Joseph egypto dominati sunt: nec sta
tim post quadringentos annos egressi sunt vt fuerat repro
missū sed quadringētis triginta peractis ab egypto recesse
runt. Est ꝛ illa de tēporibus figura: per quā quedaꝫ que fu
tura sunt quasi iaꝫ gesta narrant̄: vt est illud: Foderūt ma
nus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea.
ꝛ diuiserūt sibi vestimenta mea: ꝛ his similia: in qbus futu
ra tanq̄ si iaꝫ facta sint ita dicunt̄. Sed cur que adhuc fa
cienda erant iā facta narrant̄: Quia que nobis adhuc fu
tura sunt: apud dei eternitatē iam facta sunt. Qua propter
quando aliqd faciēduꝫ esse pronunciat̄: sm̄ nos dicitur:
quando vero que futura sunt: iaꝫ facta dicunt̄: sm̄ dei eter
nitatem accipienda sunt: apud quē iam omnia facta sunt q̄
futura sunt. Sexta regula est de recapitulatōe. Recapitu
latio eniꝫ est dum scriptura redit ad illud cuius narratio iā
transierat: sicut cū filios filioruꝫ noe scriptura cōmemorat̄
set: dixit illos fuisse in linguis ꝛ gētibus suis: ꝛ tñ postea q̄si
hoc etiam in hoc ordine temporuꝫ regritur: Et erat inquit
omnis terra labiū vnū: ꝛ vox vna omnibus erat. Quomo
do ergo sm̄ suas gentes ꝛ sm̄ suas linguas erant si vna lin
gua erat omnib9: nisi q2 ad illud quod iam transierat reca
pitulando est reuersa narratio. Septima regula est de dia
bolo ꝛ ei9 corpore: q2 sepe dicunt̄ ipsius capitis: que suo ma
gis conueniūt corpori: sepe vero eius vident̄ dicta mēbro
rum ꝛ non nisi capiti congruūt. Ex nomine qppe corporis
intelligit̄ caput: vt est illud in euangelio de zizanijs tritico
admixtis: dicente domino: Inimicus homo hoc fecit: ho
minez ipsum diabolū vocans: ꝛ ex nomine corporis caput
designans. Iteꝫ ex nomine capitis significatur corpus: sic
in euangelio dicitur: Duodecim vos elegi: sed vnus ex vo
bis diabolus ē: iudam vtiqꝫ indicans: q2 diaboli corp9 fuit.
Apostata quippe angelus oium caput est iniquoꝝ: ꝛ huius
capitis corpus sunt oēs iniq: sicqꝫ cum membris suis vnit9
est: vt sepe quod corpori ei9 dicit̄ ad eū potius referat̄: rur
sum qd illi: ad membra iterū ipsius deriuetur.

¶ De martyrio. Cap. XXVI.

Dei seruus aduersitate vlla non frangit̄: sed
pro veritatis defensiōe vltro se certamini
offert: nec vnq̄ pro veritate diffidit. Sepe
ex discipulis ad martyriū eligunt̄: qui suos
doctores ad coronā precedūt: ꝛ qui sūt ordi
ne postremi: fiūt nonnūq̄ in certamine pri
mi. Vir sanct9 vltro se ī agone pro certami
ne debet offerre iusticie: sed tamen si agonis fructū videt
vberrimū: non debet declinare laboris periculū. Q2 si ma
ior est labor q̄ animarū lucrū: declinādus est labor quem
minimū comitat̄ augmentū. Utrūqꝫ eniꝫ fecit apostolus
q ꝛ periculis se vltro dedit vbi maximū animaꝝ lucrū vi
dit: ꝛ sapienter se periculo abstulit in quo potiorē laborem
q̄ lucrū esse prospexit. Ultro se Paulus apud ephesū peri
culis obtulit: q2 poti9 periculo lucrū vidit. Damasci auteꝫ
ideo a periculo subtraxit semetipsū q2 nullū periculi ipsi9
arbitrat9 ē fructū. Disce quomodo se ad martyriū offerat
qsqꝫ vltro: vel quomodo iuxta sententiam dei cingat̄ ab al
tero: ꝛ quo non vult ipse ducat̄: nisi ꝙ ꝛ propter gloriaꝫ fu
turaꝫ de certamine iust9 gaudet: ꝛ propter passionis violē
tiaꝫ refugit subire qd dolet. Accipe exemplū adeūdi sb tre
pidatione martyrij: de vsu bellandi in quo exercitat̄ qsqꝫ ī
prelio ꝛ per audaciā certamen aggredit̄: ꝛ p timorē cūcta
tione mouet̄. Itē accipe exemplū martyrij de reparatiōe
humani corporis ad salutem: dum quisqꝫ ꝛ de spe repara
tōis gaudet: ꝛ de incisiōib9 seu amarissimis poculis meret.

¶ De sanctoruꝫ miraculis. Cap. XXVII.

Et si apostolis virtus data est signorum pro
pter fidez gentiuꝫ nutriendaꝫ: ecclesie tamē
data est virtus operuꝫ propter eandem fidē
ornandā. Et tamē ī ipsis apostolis pluserat
mirabilis virtus operuꝫ q̄ virtus signoruꝫ.
Ita ꝛ nūc in ecclesia plus est bene viuere q̄
signa facere. Q2 nunc ecclesia non ea miracula faciat que
sub apostolis faciebat: ea causa est: quia tūc oportebat mū
dum miraculis credere: nunc vero iam credentem opor
tet bonis operibus coruscare. Nam ideo tunc signa fiebāt
exterius: vt interius fides roboraretur. Iaꝫ in fide miracu
la quicunqꝫ requirit: vanam gloriam vt laudetur querit.
Scriptum est enim: Lingue in signum sunt non fidelib9:
sed infidelibus. Ecce signum non est fidelibus necessariū
qui iam crediderunt: sed infidelibus vt conuertantur. Nā
paulus pro non credentium infidelitate patrem publij de
infirmitate febrium virtutibus curat. Infirmitatem ve
ro timotheum fidelem: non oratione: sed medicinaliter tē
perat: vt noueris miracula pro incredulis non pro fideli
bus fieri. Anteq̄ antichristus appareat: virtutes ab eccle
sia ꝛ signa cessabunt: quatenus eam quasi abiectorez pseq̄
tur audacius. Ob hanc vtilitatē cessabūt sub antixp̄o ab
ecclesia miracula ꝛ v̄tutes: vt p hoc sanctoꝝ clareat patiē

cia:⁊ reproborum qui scandalizabuntur leuitas ostendat:
⁊ persequentium audacia fortior efficiatur.

¶ De antichristo ⁊ eius signis. Cap.XXVIII.

OMnis q̄ sʒ xp̄iane professionis normā aut
non viuit: aut aliter docet: antixp̄s est. Ple
riq₃ autē antixp̄i tp̄a non visuri sunt: ⁊ tn̄ in
membris antixp̄i ineniēdi sunt. Anteq̄ꝫ ve
niat antixp̄s multa eius mēbra precesserūt
⁊ praue actionis merito caput ꝓpriū preue
nerunt. S̄m apl̄i sententiam qui iam iniq̄tatis mysterium
opari illū affirmat ēt anteq̄ꝫ reueletur. Magnitudo signo
rū fiet sub antixp̄o: vt electi si fieri pōt in errorē mittenť.
Sʒ si electi: quō sunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in
errorē titubationis ad modicū pro multitudine prodigio
rum: nō tn̄ deyciēdi sunt a stabilitate sua terrorꝫ impulsu
atq₃ signorꝫ. Unde ⁊ ideo ponitur si fieri potest: q2 electi pe
rire non possunt: sʒ cito resipiscentes cordis errorem reli
gione coercebunt: scientes predictū a dn̄o eē: vt duʒ hoc fe
cerint aduersarij: non cturbentur sancti. Tam mira factu
rus est prodigia ⁊ signa dum venerit antixp̄s: vt ēt electis
quoddā cordis gignatur scrupulū: quod tn̄ cito exuperet i
illis ratio: per quā scient in deceptionē reproborꝫ ⁊ electorꝫ
probationē eadē fieri signa. In quo tēpore per patientiam
gloriosi erunt sancti non per miracula: sicut martyres fue
runt priores. Illi.n. ⁊ persecutores sustinebunt: ⁊ faciētes
prodigia. Proinde ⁊ durius bellū sustinebunt: q2 non solū
contra persequentes: sed ēt contra miraculis coruscantes
dimicaturi sunt. Grauius sub antixp̄i tēporibus cōtra ec
clesiā deseuiet synagoga: q̄ꝫ in ip̄o aduentu saluatoris xp̄ia
nos est persecuta. Duʒ in martyres diabolus iaʒ exercue
rit crudelitatē magnaʒ etiā ligatus: crudelior erit tn̄ anti
christi tp̄ibus: qn̄ etiā erit soluendus. Nā si tanta ligat⁹ fa
cere potuit: quanta solutus faciet? Quanto propinquius fi
nem mundi diabolus videt: tanto crudelius ꝑsecutiones
exercet: vt q2 se continuo damnandū conspicit: socios sibi
mltiplicet cū q̄bus gehēne ignibus addicatur. Quāto bre
ue tp̄s videt sibi restare diabolus vt damneť: tanto in ma
gna persecutionis ira mouetur: diuina iusticia permittēte:
vt glorificentur electi: sordidentur iniqui: ⁊ vt diabolo du
rior crescat damnationis sententia.

De resurrectione. Cap.XXIX.

INchoatio pacis sanctorꝫ est in hac vita: nō
perfectio. Tunc autē erit plenitudo pacis:
dum ad dei contēplationē absorta carnis i
firmitate cualuerit. Resurrectio mortuo
rum vt apl̄us ait: in virꝫ ꝑfectū in mēsuraʒ
etatis plenitudinis xp̄i futura est: in etate
scilicet iuuentutis q̄ profectu nō indiget: ⁊
absq₃ inclinatione defect⁹ in ꝑfectiōe ex vtraq₃ parte ⁊ ple
na ē ⁊ robusta. Quis nunc filiorꝫ dei noīe hoīes fideles vo
cenť: tn̄ ex eo q̄ꝫ hanc seruitutē corruptōis patiunť: adhuc
iugo seruitutis addicti sunt: accepturi plenā dei filiorūʒ li
bertatē: dum corruptibile h̄ iduerit incorruptionē. Nunc
de⁹ p speculū agnosciť: in futuro āt q̄sq₃ electus facie ad fa
cieʒ ꝑsentabiť: vt ipsaʒ speciē ctēpletur quā nūc p speculū
videre conať. In hac vita electorꝫ nūero ad dexterā perti
nentiū: ⁊ reproborꝫ q̄ ad sinistrā ituri sunt: ecclesiā dei com
pleri: in fine aūt seculi ʒiʒania a frumento disiungi.

De iudicio. Cap.XXX.

IUdicij diē nouit xp̄s: sʒ in euāgelio dicere
⁊ scire discipulos voluit. Nā duʒ dicat idē
dn̄s p ꝓphetā: Dies vltionis in corde meo:
indicat se non nescire sʒ nolle indicare. De
domo dn̄i: sicut scriptū est incipit iudiciū:
qn̄ electi.i.dom⁹ dei hic p flagella iudican
tur: impij vo illic ad dānationeʒ iudicandi
sunt. Un̄ ⁊ seq̄tur: Si aūt primū a nobis: q̄s finis eorꝫ q̄ nō
crediderunt? Ad districti examen iudicis nec iusticia iusti
secura ē nisi pietate diuina: vt ⁊ ipsa iusticia q̄ quisq₃ iust⁹
est deo iustificante iustificeť. Alio quin apd̄ deū ⁊ ipsa pec
catū est. Inde est qd̄ ait iob: Innocentē ⁊ impiū ipse consu
met. Cōsumiť q̄ppe a deo innoxius: qn̄ ipsa inocentia liqui
dius req̄sita ⁊ diuine inocentie cōparata nihil efficiť nisi ⁊
ibi misericordie pietate hō iustificeť. Consumiť itē a deo
ipius: qn̄ examinis diuini subtilitate req̄riť eiusq₃ detecta
impietas: iudicata damnať. Cōsumiť innoxius ⁊ ipius siť
fine carnis: nō pena dānationis. Doct⁹ pariter ⁊ indoctus
moriunť: sʒ morte carnis. non pena dānationis. Oia autē
pergunt ad vnū locuʒ: dū morte corporali in terrā ⁊ iust⁹ ⁊
ipius reuertunť. Retributio aūt dissimilis: sicuti p eundē
salomonē diciť: Quid pl̄s hʒ sapiēs a stulto: nisi q̄ꝫ illuc per
git vbi vita est? Ergo oēs ī terrā pariter redeūt. Nā vbi vi
ta est nō pariter pergunt. Gemina puniť sentētia ipius: dū
aut hic pro suis meritis mētis cecitate ꝑcutiť ne veritatē
videat: aut duʒ in fine dānabiť vt debitas penas exoluat.
Geminū est diuinū iudiciū. vnū quo ⁊ hic iudicanť hoīes
⁊ in futuro: alterꝫ quo ꝓpterea hic iudicanť ne illic dānen
tur. Ideoq₃ q̄busdā ad purgationē tp̄alis ꝓficit pena: qui
busdaʒ vo hic inchoat dānatio ⁊ illic ꝑfecta sperať ꝑditio.
In iudicio reprobi hūanitatē xp̄i in q̄ iudicat⁹ est videbūt
